www.e-rara.ch

Meditationes divi Augustini episcopi Hipponenis ... Soliloquia animae ad deum ... Manuale ... Enchiridion de fide, spe et caritate ... De triplici habitaculo ... Scala paradisi ... De duodecim ...

Augustinus, Aurelius

[Venedig], [1484]

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-9783

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library



Ass. Mar.

Dw. Dim.

Spirit. mels
p. Tram. repi

Solinquent
Sup. Vo


vocatus atque non
C.G. Jung
vocatus deus aderit

102

CH 22



Meditationes Diui Augustini Episcopi Hipponensis.

Inuocatio dei omnipotētis ad morum ⁊ vite reparationem. Capitulū.j.

Domine deus da cordi meo te desiderare desiderādo querere: q̄rēdo inuenire inueniendo amare amando mala mea redimere redempta non iterare. Da domine cordi meo spūs ꝯtritōnē: ocl'is lachrymaꝝ fōtē manib⁹ elemosyne largitatē. Rex me⁹ extīgue ī me desideria carnis ⁊ accēde vim tui amoris: redēptor me⁹ expelle a me spūm supbie: ⁊ ꝯcede ꝓpitius thesauꝝ humilitatis tue. Saluator me⁹ amoue a me furorē ire: ⁊ īdulge mihi benign⁹ serenum patiētie. Creator me⁹ euelle a me animi rācorē ⁊ largire mihi mentis dulcedinē. Da clemētissime pater mihi solidā fidē: spē ꝯgruā: charitatē ꝯtinuā Rector me⁹ auerte a me vanitatē mentis īcōstātiā: cordis vagationē: oris scurilitatē: oculoꝝ elationē vētris īgluuiē opprobria ꝓximoꝝ: scelera ꝺtractionū curiositatī pruriginē: diuitiaꝝ cupidinē potētatuū rapinā: inanis gl'ie appetitū hypocresis malū: adulatiōis vermē: cōtēptū īopū: opp̄ssionē ꝺbiliū: auaricie ardorē: inuidie rubiginem: blasphemie mortē. Reseca in me factor meus temeritatē iniquā: ꝑtinaciā: inquietudinem ociositatē: somnolētiā: pigriciā: mentis hebetudinē: cordis cecitatē: sēsus obstinationē: moꝝ truculentiā: boni inobediētiā ꝯsilij repugnationē: lingue effrenationeꝫ: pauperū p̄dā: īpotentū violētiā: īnocētū calūniā: subditoꝝ negligētiā. Circa domesticos seueritatē: aduersus familiares īpietatē. Deus meus misericordia mea. Oro per dilectū filium tuuꝫ da mihi misericordie opa pietatis studia: ꝯpati afflictis: succurrere miseris: subuenire egenis: ꝯsolari mestos. releuare opp̄ssos: pauperes recreare: flebiles refouere: dimittere ꝺbitorib⁹: parcere ī me peccantib⁹ odiētes me diligē ꝓ malis bona reddere: neminē ꝺspicer̄ sed honorare: bonos imitari: malos cauere: virtutes amplecti: vitia reijcere in aduersis patientiā: custodiaꝫ oris ⁊ hostiū circūstātie labijs meis: terrena calcare celestia sitire.

Hominis accusatio ⁊ commendatō misericordie diuine. Cap.ij.

Ecce plasmator meus: multa rogans cum nec pauca promerui Fateor heu fateor: nō solū que postulo non debētur dona sed multa mihi exquisita supplicia. animāt me publicani: meretrices: ⁊ latrōes qui a faucibus hostis momentanee eruti. finib⁹ excipiunt̄ pastoris. Tu eniꝫ factor omniū deus: licet in cunctis opibus sis mirabilis. mirabilior tamen crederis in visceribus pietatis. Unde de temetip̄o ꝑquendā tuū seruū dixisti. Miseratōes eius super omnia opa eius. Et quasi de singulo loquēte vniuerso populo tuo te dixisse confidimus misericordiā autē meā nō dispergam ab eo. Nullum enim spernis: neminē abijcis: neminez perhorrescis: nisi forte qui amens te exhorruerit. Ergo modo iratus nō percutis: sed te irritātibus dona si quieuerīt tribuis: deus meus cornu salutis mee: ⁊ susceptor me⁹: ego īfelix: ego te irritaui: ego malū coram te feci: furorem tuū prouocaui: irā ~~ꝓmoueri~~. Prouocaui ⁊ passus es: loquor ⁊ adhuc sustines. Si peniteo ꝑcis: si reuertor suscipis: īsu

+ꝓmearuj

per oū differo ꝑstolaris. Reuocas errā
tē mutas repugnantē: expectas torpē
tē: amplexaris redeuntē: doces ignorā
tē: merentē mulces: a ruina suscitas: pꝰ
lapsū reparas petēti largiris: querenti
inueniris: pulsanti aperis. Ecce domīe
deus salutis mee quid opponā nescio:
quomō respondeā ignoro: nullus abs
te cōfugiū: nullū a te pꝛ latibulū: ostēdi
sti mihi bene viuendi viaꝫ: ꝛ gradiendi
sciētiā ꝺdisti: minatus es mihi gehēnā:
ꝛ pollicitus es paradisi gloriā. Nūc pa
ter misericordiaꝫ: ꝛ deus totius conso
latiōs cōfige timore tuo carnes meas:
quatenus que minaris metuendo eua
dā ꝛ redde mihi letitiā salutaris tui: vt
que spondēs diligendo participē fortī
tudo mea oñe: firmamentū meū deus
refugiū meū ꝛ liberator meus. Sugge
re quid de te cogitē: doce quibus te ser
monibus inuocē: da quibus operibus
tibi placeā: sed nāque scio vnus quo tu
placaris ꝛ aliud qō ñ spernis. Est vtiq;
tibi spiritus cōtribulatus sacrificium: ꝛ
acceptas cor cōtritū ꝛ humiliatū. Dis
me deus adiutor meus dita munerib⁹.
Dis cōtra inimicū munꝫ ptectionibus.
Doc de flāmis vitioꝝ presta refrigeriū.
Doc aūt desideriorꝫ passionibus pande
piū refugiū: fac oñe virt⁹ salutis mee ne
sim de numero eorū qui ad tēp⁹ credūt
ꝛ in tēpore temptationis recedūt. Ob
umbra caput meū i die belli spes mea i
die afflictionis ꝛ salus in die tribulatio
nis. En oñe illumiatō mea ꝛ salus mea.
Rogaui quibus egeo intimauī q̄ timeo:
sed remordet conscientia reprehēdunt
me cordis secreta: qō amor ministrat:
timor dissipat: zelus mutat: metus īcre
pat. Acta mea formidinem: sed tua pie
tas fiduciam: tua horatur benignitas:
mea turbat malignitas. Et vt verius fa
tear occurrunt memoria phantasmata
vitioꝝ que reuerberant audaciam pre
sumentium animoꝝ. ¶ Dominis
conquestio qui propter inobedientiaꝫ
a ꝺño non auditur. Ca.iij.

QUm enīꝫ quis pena dignus sit
qua fronte gratiā requirit: cui
pena debetur: qua temeritate
gloriaꝫ deposcit: vir qui lacessit iudicē:
qui postposita satisfactione delicti que
rit premijs honorari: regi insultat ob
noxius supplicio qui donari flagitat in
debito bratio: ꝛ dulcem affectū patris
stultus exacerbat filius: qui pꝰ illatas
contumelias hereditatis vsurpat celsi
tudinem. Quid mi pater me gessisse re
colo merui mortem peto vitaꝫ. Cōmo
ui regem meum: cuius impudens inuo
co presidiū. Contēpsi iudicē quē teme
re postulo adiutorē. Insolēs renui au
dire patrem: quē demū presumo habē
tutorē heu mihi quā sero vēio: heu heu
quā tarde festino: heu qꝛ curro pꝰ vul
nera dedignās incolumis pcauere peri
cula. Neglexi prospicer tela: modo sol
licitor de morte vicina vulnera vulne
ribus infixi: qꝛ scelera sceleribus adde
re non timui. Recenti cicatrices labe re
sperſi: quia prisca flagitia modernis ini
quitatibus reciprocaui: ꝛ que diuina so
lidauerat medicina: mea resoluit prori
go phrenetica: cutis que superducta vul
neribus morbum celauerat: sanie erū
pente putriuit: qꝛ iterata iniquitas con
cessam misericordiam exinaniuit. Naꝫ
quippe scriptum in quacunqꝫ hora in
stus peccauerit omnes iustitie eius ob
liuiscentur: si iustitia aboletur iusti ruē
tis: quāto magis peccatoris in idipsuꝫ
reuerentis: quotiens canis redij ad vo
mitū: ꝛ quasi sus repetij volutabrum:
Fateor qꝛ nihil recordari est īpossibile

Quot mortalium peccare ignorantes docui: volētes delinquere persuasi resistentes coegi: volentibus consensi. Quot sane gradientibus laqueum induxi: viam querentibus foueam retexi: et patrare non abhorrui: oblinisci nō metui. Sed tu iustus iudex signās peccata quasi in sacculo obseruasti omnes semitas meas: et cūctos gressus meos dinumerasti tacuisti et semper filuisti patiens fuisti. Ueh mihi demū loquris qsi pturies. Judicis timor. Cap. iiij.

DEus deorum domine prestabilis super malicia. Noui qm nō semp filebis cū in ospectu tuo ignis exardescet: et in circuitu tuo tēpestas valida ingruerit: cum aduocaueris celum desuper: et terram discernere populum tuum: et ecce coram tot milibus populorum nudabūtur omnes iniquitates mee: tot agminibus angelorū patebunt vniuersa scelera mea: non solū actuū sed et cogitationuz simulqz locutionum. Tot iudicibus inops astabo quot me precesserunt in opere bono: tot arguentibus confundar quot mihi prebuerūt bene viuēdi exēpla: tot conuincar testib⁹ quot me monuerūt profectus sermonibus: seqz imitandos iustis dederunt actiōibus. Dñe cor non suppetit quid dicā: non occurrit quid rñdeaz. Et cū aīa iterfit illi discrimini torquet me cōscientia cruciant cordis arcana: coarctat auaricia: infestat luxuria: accusat supbia: cōsumit inuidia inflāmat concupiscentia: deshonestat gula: ebrietas cōfutat: detractio lacerat: ambitio supplantat. rapacitas obiurgat: discordia disipat. ira perturbat. lenitas dissoluit. torpor oppīmit. hypocrisis fallit adulatio frangit. fauor tollit. calūnia pungit. Ecce liberator meus de gentibus iracundis. ecce cum quibus viri a die natiuitatis mee qb⁹ et studui: quibus et fidē seruaui. Ipsa me que dilexeraz studia damnant que laudaueram vituperant. Di sūt qbus acquieui amici. qbus parui magistri. et qbus seruiui dñi. osules qb⁹ credidi. ciues qbus cohabitaui. domestici qbus osēsi. Deus mihi rex meus. et deus me⁹. qz icolat⁹ meus plongat⁹ ē. Ueh mihi illumination mea qz habitaui cū habitātibus cedar. Et cū dauid sanct⁹ dixerit multū. quāto magis ego infelix dicere possum nimis icola fuit aīa mea firmamētum meū de⁹ nō iustificabit ī cōspectu tuo omnis viuens. Spes mea non ē ī filijs hominū. quem si remota pietate iudicaueris iustum inuenies. et nisi pueneris miserādo ipium. non est quē glorificet piuz. Credo nāque salus mea qō audiui. quoniā benignitas tua ad penitentiā me adduxit tui oris mihi sonuerunt nectarea labia. Nemo potest vēire ad me nisi pr̄ me⁹ qui misit me traxerit eū. Enī vero qz instruxisti. tāta que propitia⁹ īstructiōe fozmasti totis medullis coz dis. toto nissu mentis. te omnipotens pater. cū dilectissimo puero teque oulcissima ꝑples cū serenissimo inuoco paraclyto. trahe me quaten⁹ p⁹ te curam ī odorē vnguentorū tuorum dulciter.

INuocat pater p filium. Cap. v.

INuoco te deus meus inuoco te. qz ꝑpe es obus inuocātib⁹ te ī ueritate. Tu eiz veritas es. doce me queso p clementiā tuā sancta veritas te inuocare ī te qz hoc fieri quō oporteat nescio. sed a te doceri btā veritas humiliter iplozo. abste. n. sapere est disipere. te enī nosce ē pfectū scire Erudi me diuina veritas et doce me legez tuā. Credo nāqz qz tu erudieris bea

tus ⁊ de lege tua docueris eū. Desidero
inuocare te qđ queso vt fiat in ueritate
Quid est in ueritate inuocare veritatē
nisi in filio patrē? Ergo sancte pater ser
mo tuus veritas est q̄ principium ver
borū tuorū veritas. Hoc quippe est ver
borū tuorum principiuz qđ in p̄cipio
erat verbum. In ipso veritatis verbo
te perfecta inuoco veritas: in quo ipa ea
dem veritas dirigas me i veritate: ⁊ do
ceas. Quid enī est dulci⁹ q̄z genitorem
in nomine vnigeniti inuocare: patrem
recordatione filij ad pietatē inflectere:
regem charissime sobolis deuocatione
mitigare? Sic enī solēt rei carcerib⁹ eri
pi: sic cōmancipati vinculis liberari: sic
tristem excipientes sententiā capitis nō
solum absolui sed insuper nasci insoli
taz gratiā: dūmodo iratis principibus
dilecte prolis intimauerint charitatez.
Sic delinquentes seruili euadunt sup
plicia dñorum: dum p̄o eis interuenit
dulcedo filiorū. Sic te omnipotens pa
ter per omnipotentē filij charitatē po
stulo: educ de carcere ad confitendum
nomini tuo animaz meam: libera me a
vinclis peccatorū: per coeternum flagi
to vnicuz tibi natū meqz cui ꝓpria meri
ta letalē minantur sniam p̄ciosissime
ad dexteram tuā cōsedentis prolis iter
pellatione restaura placatus ad vitaz.
Quem enī aliū dirigā intercessorē tibi
nescio nisi hunc qui est propitiatio p̄o
peccatis nostris: qui sedet ad dexterā
tuā interpellans ecce aduocatus meus
apud te deū patrem. Ecce pontifex sum
mus qui non alieno eget expiari sāgui
ne: qui propio refulget perfusus cruo
re: Ecce hostia sancta bene placens ⁊ p
fecta in odorem suauitatis oblata ⁊ ac
cepta. Ecce agnus sine macula: qui coz̄
se tondētibus obmutuit: qui a lapis ce
sus sputis illitus: opprobrijs affect⁹ os
suū non aperuit: en qui peccatū non fe
cit: peccata nostra pertulit: ⁊ lāguores
nostros suo liuore sanauit. Hic re
p̄sentat hō p̄ri passionē filij. La. vj.
Aspice pater pie pissimū filiuz
p̄o me tā impia passum: respi
ce pissime rex quis patitur ⁊ re
minisce re p̄o quo patitur. Nōne hic ē
mi dñe inocens ille quē vt seruuz redi
meres filiū tradidisti? Nūquid non au
ctor vite hic ē qui vt ouis ad occisionē
ductus tibiqz vsqz ad mortem obediēs
factus atrocius non timuit necis gen⁹
subire? Recole totius salutis dispensa
tor: q̄z hic ē ipse quem ⁊ fi tua virtute ge
nuisti mee tamē infirmitatis particip̄
fieri voluisti. Vere hec ē tua deitas que
meā induit nat uraz: crucis ascēdit pa
tibulū qui i assūpta carne triste tulit sup
pliciū. Reduc oculos me⁹ oculos tue ma
iestatis super opus ineffabilis pietatis:
intuere dulcē natū toto corpore exten
sum: cerne manus inocias p̄manātes
sanguine: ⁊ remitte placat⁹ scelera que
patrarunt manus mee. Considera in
erme lat⁹ crudeli perfossū cuspide: ⁊ re
noua me sacro fonte quē ide credo flu
xisse. Vide imaculata vestigia que nō
steterunt in via peccatorū sed sēper am
bulauerunt in lege tua diris cōfixa cla
uis: ⁊ perfice gressus meos in semitis tu
is ⁊ fac me odio habere benignus oēs
vias iniquitatis: viā iniquitatis amoue
a me: ⁊ fac me ꝓpit⁹ viā veritatis eligere.
Oro te rex sanctorū per hunc redem
ptorē meū fac me currere viam manda
torū tuorū vt ei valeā spū vniri: q̄ mea
nō horruit carne vestiri. Nūqd nō atē
dis pie pater adolescētis filij charissimi
caput niuea cervice deflera p̄ciosissimā
resolutū in mortez. Aspice mitissime cō
ditor dilecte sobolis humanitatē: ⁊ mi
serere sup infirmi plasmatis debilitatez

cãdet nudatum pectus: rubet cruentũ latus: tensa arent viscera: ꝺcora lãguẽt lumina: regia pallẽt ora: ꝓcera rigent brachia: crura pendent marmorea. Rigat terebratos pedes beati sanguĩs vnda. Specta gloriose genitor gratissime ꝓlis lacerata mẽbra: ⁊ memorare bẽignus que mea ẽ substantia: conspicare dei hoĩs penã: ⁊ releua cõditi hoĩs miseriã. Uide redẽptoris supplicium: ⁊ remitte redẽpti delictũ. Hic est dñe quem ꝓpter peccata ppl'i ꝑcussisti: lz ipe sit dilectus ĩ quo tibi bñ ꝯplacuisti: hic ẽ ille ĩnocens ĩ quo dolus nõ ẽ inuẽtus: ⁊ tamen int̃ iniquos deputatus est.

Hic recognoscit homo se cãm eẽ passionis. Ca. vij.

Quid cõmisisti dulcissime puer vt sic iudicareris? Quid cõmisisti amãtissime iuuenis vt a ꝺo sic tractareris? Quod scelus tuuz: q̃ noxa tua: q̃ causa mortis: que occasio tue dãnatõis? Ego enĩ ego sũ tui plaga doloris: tue culpa occisiõis.. Ego tue mortis meritũ: tue vindicte flagitium. Ego tue passiõis liuor tui cruciat⁹ labor miserabilis cẽsure ꝯditio: ⁊ ineffabilis mysterij dispositio. Peccat iniqu⁹ ⁊ punit̃ iustus: delinquit re⁹ ⁊ vapulat ĩnocens offendit ĩpius ⁊ dãnat̃ pius: qꝺ meret̃ malus patitur bonus: qꝺ ꝑpetrat suus exoluit dñs: qꝺ cõmittit homo sustinet de⁹. Quo nate dei quo tua descẽdit humilitas? Quo tua flagrauit charitas: q° ꝓcessit pietas: quo excreuit benignitas quo tu⁹ attigit amor: quo ꝑuenit compassio? Ego enĩ inique egi: tu pena mulctaris. Ego facin⁹ admisi tu vltiõe plecteris ego crimẽ edidi: tu torture subijceris: ego suꝑbiui: tu hũiliaris: ego tumui tu attenuaris: ego inobediẽs extiti: tu obediẽs scelus inobediẽtie luis: ego gule ꝑui tu inedia afficieris: me ad illicitaz concupiscentiã rapuit arbor: te ꝑfecta charitas duxit ad crucẽ: ego te p̃sumpsi vetitũ: tu subisti eculeũ: ego delector cibo tu laboras patibulo: ego fruor delitijs: tu laniaris clauis: ego pomi dulcedinẽ tu felix: gustas amaritudinẽ mihi aridens cõgaudet eua tibi plorans cõpatit̃ maria: ecce rex gl'ie: ecce mea impietas: ⁊ tua claret pietas. Et mea iniusticia ⁊ tua liquet iusticia. Quid rex meus ⁊ deus me⁹ q̃d retribuã tibi ꝓ oĩb⁹ q̃ retribuisti mihi.? Nõ enĩ inueniri potest in corde hoĩs qꝺ ꝯdigne talibus referat̃ p̃mijs. Nunq̃d sagacitas machĩari põt hũana: cui cõparet̃ miseratio diuina? Nec ẽ creature meliori officium q° iuste creatoris recõpenset p̃sidiuz: ẽ ãt deus in hac tua admirabili dipensatione: ẽ cui fragilitas mea ĩ aliq° suppeditet si tua visitatõe cõpuncta mẽs carnem suã crucifigat cũ vitijs ⁊ ꝯcupiscẽtijs: ⁊ hoc si a te ꝯcedit̃ q̃si iã tibi incipit cõpati: qꝛ ⁊ tu ꝓ pctõ dignat⁹ es mori. Sicqꝫ ꝑ interrioris hoĩs victoriã te duce armabit̃ ad exteriorem palmã quaten⁹ deuicta ꝑsecutiõe spũali nõ vereat̃ ꝓ amore tui subijci gladio mãli. Ita exiguitas ꝯditõis si tue cõplaceat pietati magnitudini valebit ꝓ virib⁹ respõdere creatoris: ⁊ hec celestis medicina bone iesu: h̃ tui ãtidotũ amoris. Oro te ꝑ antiq̃s misericordias tuas ĩfũde vl'nerib⁹ meis q° reiecta viperee ꝯtagiõis ille ĩtegret me incolumitati p̃stine quo gustatũ tue nectar suauitatis faciat me illecebrosa mũdi toto affectu ꝺspicere ⁊ nulla ei⁹ aduersa ꝓ te formidare: memorqꝫ perpetue nobilitatis semper fastidiam ventos huius transitorij tumoris.

Nihil queso sine te mihi dulcescat nihil complaceat: nil preciosum:

nil preter te mihi arrideat speciosum: vilescant obsecro abste mihi oīa: sordeant vniuersa. Quod tibi auersum ē sit mihi molestū: sit ⁊ bene placitū īdeficiens desideriū: tedeat me gauderē sine te ⁊ delectet cōtristari ꝑ te. Sit mihi nomē tuū refocilatio ⁊ memoria tua cōsolatio: fiāt mihi lachryme mee panes die ac nocte īuestigādo iustificationes tuas. sit mihi bonū lex oris tui sup̄ milia auri ⁊ argenti. Sit obedire tibi amabile: ⁊ resistē tibi execrabile. Rogo te spes mea. ꝑ oēs pietates tuas: vt ꝓpitier] impietatibus meis. Adaperi aures meas mādatis tuis: ⁊ ne declines flagito per nomē tuū ī verba malicie cor meuz: ad excusandas excusatiōes ī peccatis. Peto ēt per admirabilē humanitatē tuaz ne veniat mihi pes sup̄bie ⁊ man⁹ peccatoris nō moueat me. ¶ Hic exponit homo deo patri passionez filij ī suā reconciliationem. Cap. vij.

Ecce oīpotens deus pater dñi mei dispone benignus: queso miserearis mei qm̄ q̄cquid preciosius īueni deuote obtuli. quicq̄d chari⁹ repperi suppliciter presentaui. Nihil mihi reliq̄ quin tue exposuerī maiestati: nihil iaz sup̄est qđ adijciam qr totaz tibi delegaui spem meam. Dixi rex tibi aduocatū meū dilectū filiū tuū: misi gloriosā ꝓgeniē inter me ⁊ te mediatorē. misi inq̄z intercessorem ꝑ quē cōfido veniā. misi verbis verbuz quē pro meis dixi missū factis ⁊ numeraui tibi sanctissime sobolis passionē quā ꝓ me credo fuisse ꝑpessā credo a te missā deitatē meā suscepisse humanitatē ī qua dignū duxit alapas: vincula: sputa: irrisiones ꝑferre: nec ñ crucē clauos telūq̄z suscipere: hanc olim īfātie vagitib⁹ demolitā: puericie pānis astrictā: iuuentutis sudoribus vexataz: ieiunijs maceratā: vigilijs afflictā: itinerib⁹ fessā postea affectā flagris: laceratā supplicijs: ꝺputatam cū mortuis. Ditauit gloria resurrectionis: celorum gaudio īduxit: ⁊ in ꝺxtera tue celsitudinis collocauit. Hec placatio mea ⁊ ꝓpitiatio tua. Hic attē de pius quē genueris filiū: ⁊ quē redemeris seruū: hic aspice factorē ⁊ ne despicias facturā. Amplectere seren⁹ pastorem ⁊ respice misericors allatā proprijs humeris ouē. hic ē ipse fidelissim⁹ pastor ille qui dudū errabundā per abrupta montiū: ꝑ precipitia valliū: mltis quesierat varijsque languoribus. Qui que iā morienti iā ꝑ longa exilia deficienti: tñ īuēte gaudēs se supposuit ⁊ miro sibi ānixu charitatis in vexande confusionis abisso leuauit: pijsque astrictā cōplexibus ad nonagintanouē vnam que perierat reportauit. Ecce domine mi rex de⁹ omnipotēs: ecce pastor bonus refert tibi qđ ꝯmisisti ei. Suscepit te disponēte ad saluandū hominē disponentē quē tibi restituit omni labe īmunem. Ecce tuū tibi charissimus natus plasma recōciliauit qđ a te procul deuiauit. En gregi tuo pastor mitis reformat qđ predo violentus abegerat. Reddit tuis conspectibus seruū quem sua fecerat conscientia fugitiuū: vt qui per se meruit penitentiam per factiōez huius mereatur veniā. Cuiq̄z pro culpis supererat gehēna: tanto duce iā cōfidat reuocari ad patriā: potui per me te pater offendere: sed non valui ꝑ me placare. Factus ē adiutor meus deus meus tuus dilectus filius meam participiās humanitatem vt curaret īfirmitatem: quatenus vnde causa emerserat offensionis: inde tibi īmolarz sacrificiū laudis: meq̄z ꝑ hoc redderet tue pietati

placabilē: quo sedens ad dexterā tuam semper mee substātie se ostenderet esse ꝯsortē: ecce spes mea: ecce tota fiducia mea. Si me ꝓ mea vt dignuz ē despicis iniquitate respice saltē misericors ꝓ dilecte sobolis charitate. Attende ī filio ꝓpitieris seruo: vide carnis sacramētū ⁊ remitte carnis reatū: quotiens beate ꝓlis tibi patent vulnera: delitescant obsecro scelera mea. Quotiēs rubet p̄ciosus pio de latere sanguis diluat̄ obsecro labes mee pollutōis. Et qꝛ caro lacessiuit ad iraz: caro reflectat īploro ad misericordiā ⁊ sicut me caro seduxit ad culpā caro deducat ad venia. Multū nanqꝫ est qd̄ mea meret̄ īpietas: longe āt maius qd̄ redēptoris mei reposcit iure pietas. Magna enī ē mea iniusticia: q̄ꝫ v̄o maior redēptor] ī iusticia? Quāto nāqꝫ est superior deus homine: tāto mea malicia est inferior eius bonitate: aut qualitate ⁊ quantitate. Quid enī deliquerit homo: ꝙ non redemerit filius dei fact⁹ homo? Que tanta supbia tumeret: quā non tanta humilitas sterneret? Quodnā tantū mortis imperium: qd̄ nati dei non destrueret mortis supplicium? Nimirum deus meus si equa lāce delicta peccantis hominis ⁊ redimentis gratia liberentur auctoris non tam oriens ab occidente seu inferiori separatur supius a sūmo celi cardine. Jam lucis optime creator iam culpis ignosce meis: pro dilecti filij laboribus īmensis. Jam eius queso pietati mea impietas: eius modestie mea peruersitas: ⁊ māsuetudini donetur ferocitas. Jā sua humilitas meaz superbiam: patientia impatientiam: benigitas duritiam: obedientia inobediētiam tranquilitas īquietudinem: dulce ⁊do amaritudinez suauitas iram: charitas lucrifaciat crudelitatem ¶ De inuocatione spiritus sancti. Ca.ix.

Iam diuini amoris numinis patris omnipotentis prolisqꝫ beatissime sancta cōmunicatio paraclyte spiritus: merentium consolator clemētissime: iā cordis mei penetralib⁹ potēti illabere virtute: ⁊ tenebrosa que que lar] neglecti latibula: corusci luminis fulgore pi⁹ habitator letifica: tuiqꝫ roris abondantia longo ariditatis marcentia squalore visitādo fecunda. Saucia interioris hominis arcana tui amoris iaculo ⁊ torpentis medullas iecoris flāmis salutaribus penetrando succēde sanctique feruoris igne illustrando mētis ⁊ corpor] vniuersa depasce: pota me torrente voluptatis: vt nil iam mundanoruz degustare libeat venenat dulcedinis. Judica me ⁊ discerne causā meā de gente nō sācta: doce me qꝛ de⁹ me⁹ es tu facere voluntatē tuā. Credo ergo qꝛ quēcunqꝫ īhabitaris patris ac parit̄ filij domiciliuz condis deus te merebit̄ hospitem quoniaz per te pater ⁊ filius apud euz faciet mansionē. Ueni iaz veni benignissime dolentis anime consolator: protegens in opportunitatibus ī tribulatiōe adiutor: veni fortitudo fragilium: releuator labentiuz: veni humiliū doctor: superboruz destructor: veni orphanorū pius pater: viduarū dulcis iudex: veni spes pauperuz: refocilliator deficientiū: veni nauigantiū sidus naufragij portus: veni omniū viuentiū singulare decus morientium vnica salus. Ueni sanctissime spiritus: veni ⁊ miserē mei: apta me tibi ⁊ condescende propiti⁹ mihi: vt mea tue magnitudini exiguitas: roboriqꝫ tuo imbecillitas secunduz multitudinē tuaruz cōplaceat miserationum. ¶ Oratio serui dei de se humiliter sentientis. Cap.x.

Scio dñe scio ⁊ fateor qz nõ sum dignus quẽ tu diligas: sed certe tu nõ es idignus quem ego diligã. Indignus quidẽ sum tibi seruire ed tu nõ es indignus seruitio creature due: da ergo mihi dñe vnde tu es dign⁹ ⁊ ego ero dignus vnde sum indignus. Fac me quõ vis a pctis cessare: vt quõ debeo possim tibi seruire: concede mihi sic custodire ⁊ regere ⁊ finire vitã meaz vt i pace dormiã ⁊ in te requiescã: pста mihi ifinẽ vt me excipiat sõnus cuz requie: requies cũ securitate: securitas in eternitate. Amẽ.

Oratio ad sanctã trinitatẽ.

Et patrẽ ingenitũ: te filium vnigenitũ: te spũm scñ paraclytũ scãz ⁊ individuã trinitatẽ toto corde ⁊ ore ꝯfitemur laudamus atque bñdicim⁹: tibi gloria i scla. Amen.

Confessio oipotẽtis dei ⁊ maiestatis eiusdem. Cap. xj.

Summa trinitas: virtus vna: ⁊ indiscreta maiestas: deus nr̃ ô us oipotẽs: ꝯfiteor tibi ego vltim⁹ tuor tuor ⁊ eriguũ mẽbr̃ eccl'e tue ꝯfiteor ⁊ honorifico te ôbito sacrificio laudis: p scire ⁊ posse qõ mihi tantillo donare dignatus es. Et qz exteriora mihi munera desunt q̃ possint offerri: ea que i me sunt vota laudatõis ex dono misericordie tue ecce libẽs atqz ouans offero tibi: de fide nõ ficta ⁊ cõscia pura. Credo igitur te ex toto corde rex celi ⁊ terre dñe: ⁊ ore ꝯfiteor patrẽ ⁊ filiũ ⁊ spũz scñ i personis trinũ: ⁊ i substantia vnũ: verũ deũ oipotentẽ: vni⁹ simplicis ⁊ i corporee inuisibilis ⁊ i circũscripte nature. Nihil te superius aut iferius maiusue aliqđ hũtẽ: sz p oẽz moduz sine deformitate pfectũ: sine quantitate magnũ: sine qualitate bonũ: sine tpe sempiternuz: sine morte vitã: sine infirmitate fortem: sine mendacio veritas: sine situ vbiqz presẽtẽ: sine loco vbiqz totũ: sine extensione oĩa implentẽ: sine cõtractione vbiqz occurrẽtẽ: sine motu oĩa trãscendentẽ: sine statu ĩtra omnia manẽtẽ: sine indigentia oĩa creantẽ: sine labore omnia regẽtẽ: sine tui initio omnib⁹ initia dantẽ: sine tui mutatione omnia mutabilia facientẽ: in magnitudine infinitũ: in virtute omnipotentẽ: in bonitate sũmuz: in sapientia inextimabilez: in consilijs terribilẽ: in iudicijs iustũ: in cogitationibus secretissimũ: in verbis veracez: in operibus factũ: in misericordijs copiosũ: erga delinquentes patientissimũ: erga penitentes piissimũ: semp eundẽ ipsũ eternũ ac sempiternum immortalẽ atqz incõmutabilẽ: quem nec spatia dilatant: ne breuitas locorũ angustat: nec receptacula vlla coartant: nec volũtas varia: nec necessitudo corrũpit: nec mesta perturbãt: nec leta demulcent. Cui nec obliuio tollit: nec memoria reddit: nec preterita transeunt: nec futura succedũt. Cui nec origo initiũ nec tpa icremẽtũ: nec casus finẽ dabit: sed ante secula ⁊ ĩseculis ⁊ p secula in eternũ viuis: ⁊ est tibi perẽnis laus ⁊ eterna gloria sũma potestas ⁊ singularis bonor perpetuũ regnum ⁊ sine fine iperitz per infinita: ⁊ idefessa ⁊ imortalia secula seculorũ amen. Qualiter generi humano dignatus' est subuenire deus pater ⁊ de verbi incarnatõe ⁊ gratiarũ actione. Ca. xij.

Hucusqz ops deus trinitatis cordis mei ĩspector ⁊ scrutator confessus sũ oipotentiaz maiestatis tue ⁊ meiestatẽ oipotentie tue: nũc aũt qualiter humano generi subuenire dignat⁹ es i fine secl'orz siẽ corde credo

ad iusticiã: ita ore corã te cõfiteor ad salutẽ. Tu quidẽ deus pater solus nũq̃ nullq̃ legeris missus: de filio ãt tuo ita scribit apl'us. Cuz aũt venit plenitudo tpis misit deus filiũ suũ. Cuz dicit misit satis oñdit qz ĩ bũc mũdũ missus advenit cũ de maria sp virgine nat⁹ verus & pfect⁹ hõ ĩ carne appuit. Sz q̃d ẽ q̃ de illo euãgelista ꝑcipu⁹ ait: ĩ mũdo erat & mũdus p ipsũ factus ẽ? Illuc vo missus ẽ p humanitatẽ vbi sp fuit & ẽ p divinitatẽ. Quã videlz missionẽ opus esse totius sancte trinitatis toto corde credo & ore ꝯfiteor. Quõ aũt nos amasti pr̃ scẽ & bõe: quãtũ nos dilexisti pie cõditor q̃ ẽt ꝓprio filio nõ pepcisti: sz pro nobis ĩpiis tradidisti illũ subdit⁹ tibi ille fuit vsq̃ ad mortẽ: mortẽ aũt crucis: tollẽs cyrographum pctõr nr̃or & affigẽs illõ cruci. Crucifixit pcũz & occidit mortẽ vn⁹ ille int mortuos liber: potestatẽ habẽs ponẽdi aiaz suã ꝓ nobis & itez sumẽdi eã ꝓ nobis: tibi victor & victima: & iõ victor quia victima tibi sacerdos & sacrificiũ. Et iõ sacerdos qz sacrificiũ: merito mihi spes valida ĩ illo est: qz sanabis oẽs languores meos p eum q̃ sedet ad dexterã tuã: & interpellat pro nobis. Lãguores q̃ppe mei oñe magni sũt & mlti: multi sũt & magni: bz. n. multa ĩ me p̃ceps mũdi hui⁹: scio & fateor Sz rogo te libera me p sedẽtẽ ad dexterã tuã redẽptorẽ nr̃z ĩ quo nihil suuz potuit iuenire. Per ipm me iustifica q̃ pctm̃ nõ fecit: nec iuent⁹ ẽ dolus ĩ ore eius: p ipsũ caput nr̃z ĩ quo nulla ẽ macula libera mẽbrũ eius lz exiguũ & infirmũ: libera ãso me a peccatis: vitiis culpis & negligẽtiis meis. Reple me tuis sãctis virtutib⁹ & fac me bonis pollẽ moribus: fac me ĩ scis opib⁹ pp nomẽ tuũ p seuerare vsq̃ ĩ finẽ fm tuaz voluntatẽ.

De fiducia quã habere oz aĩa in dño iesu atq̃ eius passione. Capi. xiij.

Espare vticq̃ potuissez ꝓpter nimia pctã mea & infinitas negligentias meas: nisi vbũ tuũ de⁹ caro fieret & hitaret in nobis. Sz despare iã nõ audeo: qz cũ inimici essem⁹ reconciliati sumus p mortẽ filij tui. Quãto magis salui facti sum⁹ p eũ. Dis nãq̃ spes & totius fiducie certitudo mihi est ĩ pretioso sanguine ei⁹: q̃ effusus est pp nos & propter salutẽ nostram. Jn ipso respiro & in ipso ofisus ad te peruenire desidero: non habẽs meã iusticiã sz eaz que ẽ ex filio tuo dño nostro iesu x̃po. Unde gratias agim⁹ tibi clemẽtissime & benignissime amator bonum deus: q̃ p iesum x̃pm filiũ tuũ oñm nostrum: et cum non essemus potenter fecisti nos: & cũ perditi fuissemus culpa nostra mirabiliter recuperasti nos. Gratias ago pietati tue & multas tibi gr̃as refero ex totis ꝓcordijs meis q̃ pp tuã ienarrabilẽ dilectionẽ qua nos miseros & indignos mirabili bonitate amare dignat⁹ es. Misisti enĩ vnigenitum tuũ ꝺ sinu tuo ad publicũ nr̃m saluare nos peccatores tũc filios pditionis. Gratias ago tibi ꝓ scã incarnatione & natiuitate ei⁹ & per gloriosa genitrice eius: de qua ipe carnẽ assumere dignatus est pp nos & pp nostram salutem vt sicut verus de⁹ ex deo: ita verus hõ ex hoie esset: gr̃as tibi ago p passione & cruce eius p morte & resurrectione eius: p ascensiõe eius ĩ celũ: & sede maiestatis eius ad dexterã tuã. Jpe enĩ q̃dragesimo die p⁹ resurrectionẽ suã ascẽdẽs vidẽtibus discipls sup oẽs celos sedesq̃ ad ꝺxt̃az tuã spũm scm̃ fz, pmissionẽ suã ĩ filios adoptõis effudit. gr̃as tibi ago, p sacratissima illa effusiõe pciosi sãguinis ei⁹ q° sum⁹

redēptl simul ⁊ ꝑ sacroscō ⁊ viuifico mysterio corporis ⁊ sāguīs ei⁹: quo quotidie ī eccl'a tua pascimur ⁊ potamur: ⁊ abluimur: ⁊ scīficamur ⁊ vnius sūme diuinitatis participes efficimur. Grās tibi ago ꝑ hac tua mira ⁊ īenarrabili charitate: qua nos īdignos sic amasti ⁊ saluasti ꝑ vnicum dilectū filiū tuū: sic.n. dilexisti mūdū vt vnigenitū tuū dares vt oīs qui credit ī eū nō ꝑeat sꝫ hēat vitaꝫ eternā. Hec ē aūt vita eterna vt cognoscamus te verꝫ deū ⁊ quē misisti iesuꝫ xp̄m ꝑ fidē rectā ⁊ cōdigna fidei opa.

De īmensa charitate patris etrni ad genus humanū. Ca.xiiij.

IMmēsa pietas ⁊ īextimabilis charitas: vt liberares suū filiū tradidisti. Deus factus ē homo vt ꝑditus homo de potestate demonū erueretur q̄ꝫ benignissimus amator hominuꝫ filius tuus deus noster: cuius piis visceribus nō satis visuꝫ est vt se īclinaret: factus homo de vera virgine: nisi etiā subiret crucis suppliciū effuso sanguine propter nos ⁊ propter nostrā salutē. Uenit pius deus: venit pro pietate ⁊ bonitate sua: venit querere ⁊ saluuꝫ facere quod perierat. Quesiuit ouez perditaꝫ: quesiuit ⁊ inuenit: ⁊ humeris suis reportauit ad caulas gregis pius dominus: ⁊ vere multum mitis pastor O charitas: O pietas quis audiuit talia quis super tāta misericordie viscera nō obstupescat? quis non miretur? quis ñ colletetur propter nimiam charitatem tuaꝫ qua nos dilexisti: misisti filium tuum in similitudinem carnis peccati: vt de peccato dānaret peccatuꝫ: vt nos efficeremur iusticia tua ī ipso. Ipse enim verus agnus īmaculatus q̄ abstulit peccata mūdi: q̄ mortē nostraꝫ moriēdo ꝺstruxit: ⁊ vitā resurgendo reparauit. Sꝫ quid tibi retribuere possumus deus noster: ꝑ tantis bñficijs misericordie tue quas laudes quasue grāꝝ actōes? Etiā si illa btōꝝ angeloꝝ scīa ⁊ potentia nobis foret: nihil tamen dignum tante pietati ⁊ bonitati tue recōpensare valeam Sꝫ certe si oīa mēbra nostra vterent̄ in liguas ad rependēdas tibi debitas laudes nequaq̄ꝫ sufficeret exiguitas nostra Supeminet.n. oēꝫ sciaꝫ tua inextimabilis charitas: quā ostēdisti nobis īdignis ꝑ sola bonitate ⁊ pietate tua. Filius nāq̄ꝫ tuus deus noster nō angelos sꝫ semē abrae apprehēdit: assimilatus nobis ꝑ oīa absq̄ꝫ peccato humanā itaq̄ꝫ nō angelicā suscipiēs naturā: ⁊ eā stola scē resurrectiōis ⁊ īmortalitatis glorificans vexit sup oēs celos: sup oēs choros angeloꝝ: sup cherubin ⁊ seraphī: collocās ad dexterā tuā: hāc aūt laudāt āgeli: adorāt dñatōes ⁊ oēs virtutes celoꝝ tremūt sup se ⁊ sup hoīeꝫ deū. Hec nempe mihi tota spes ⁊ oīsq̄ꝫ fiducia. Est enī ī ipso iesu xp̄o dño vniuscuiusq̄ꝫ nr̄ꝫ portio: caro ⁊ sanguis. Ubi g̃ portio mea regnat: ibi me regnare credo. Ubi caro mea glorificat̄: ibi gl'iosū me esse cognosco. Ubi sāguis me⁹ dñatur: dñari me sētio. Quāuis peccator sim: ꝺ hac cōione gr̄e nō diffido: ⁊ si pctā mea me ꝓhibēt substātia mea requirit. Et si delicta m̄a excludūt nature cōio non repellit. Nō enī tā īmitis est dñs vt obliuiscat̄ hoīs ⁊ si memīerit ipsius quē ipse gestat: vt ⁊ quē mei cā suscepit ei⁹ eā nō me req̄rit: Mitis v̄o ⁊ valde benign⁹ ē dñs deus nr̄: ⁊ diligit carnē suā: membra sua ⁊ viscera sua in ipso deo ⁊ dño nr̄o iesu xp̄o dulcissimo benignissimo atq̄ꝫ clemētissimo in quo resurreximus ⁊ iam celos ascēdimus ⁊ iam in celestibus ꝯsedimus caro nostra nos diligit hēmus autem

sanguinis nostri prerogatiuã in ip̃o sumus aũt membra eius: ⁊ caro eius: ip̃e deniq; ẽ caput nostrũ ex quo totuz corpus sicut scriptũ est os ex ossib⁹ meis: ⁊ caro de carne mea: ⁊ erunt duo ĩ carne vna. Et nemo vnquã carnẽ suaz hodio habet: sz fouet ⁊ diligit eã. Mysterium hoc magnuz ego dico in xp̃o ⁊ in ecclesia ait apostolus. ¶ De duplici xp̃i natura qui ꝓ nobis miseretur ⁊ ꝓ nobis interpellat. Ca. xv.

Gratias itaq; ago tibi labijs et corde: ⁊ oĩ qua valeo virtute ĩfinite misericordie tue domĩe deus noster ꝓ omnibus miserationib⁹ tuis quibus mirabiliter nobis perditis subuenire dignatus es per eundẽ filiũ tuũ saluatorẽ ⁊ recuperatorẽ nostrum qui mortuus est ꝑꝑ peccata nostra: ⁊ resurrexit ꝑꝑ iustificationem nostram et nunc viuẽs sine fine sedet ad dexteram tuã ⁊ interpellat ꝓ nobis: ⁊ simul tecũ miseretur qꝛ deus ex te patre coetern⁹ ⁊ cõsubstantialis tibi ꝑ oĩa vnde potest in ꝑpetuum nos saluare: sed secũduz id qd̃ hõ ex qua parte minor te ẽ: data est ei oĩs potestas ĩ celo ⁊ in terra: vt in nomine iesu omne genu flectatur: celestiũ terrestriũ ⁊ infernoꝝ: ⁊ omnis lĩgua cõfiteatur qꝛ dñs iesus xp̃s in gloria tua deus pater oĩpotens. Ipse quidem cõstitutus est a te iudex viuoꝝ ⁊ mortuorũ: tu vero non iudicas quẽquã: sed oẽ iudiciũ dedisti filio tuo ĩ cuius pectore recondit sũt oẽs thesauri scientie ⁊ sapientie. Ipse aũt testis ⁊ iudex est: iudex ⁊ testis quẽ nulla peccatrix ꝯscientia effugere poterit. Oĩa enĩ nuda ⁊ apta sũt oculis eius ipse sane q̃ iniuste iudicat⁹ est iudicabit orbẽ terre ĩ equitate ⁊ populos in iusticia. Benedico ego nomẽ sanctũ tuuz in eternuz ⁊ glorifico ex toto corde meo oĩpotens ⁊ misericors domine ꝓ illa inenarrabili ⁊ mirabili cõiunctione diuinitatis ⁊ humanitatis in vnitate ꝑsone ⁊ nõ alter deus: alter hõ esset: sed vnus idẽq; deus ⁊ hõ: homo ⁊ deus. Sed lz mirabili dignatione verbum caro factũ sit: neutra tñ ex duab⁹ naturis in aliã mutata est substantiaz: trinitatis mysterio quarta nõ est addita ꝑsona: vnita quippe ẽ nõ cõfusa verbi dei hoĩsq; substantia: vt in deũ qd̃ ex nobis susceptũ fuerat ꝑueniret: ⁊ illud qd̃ nũq̃ fuerat idẽ semꝑ qd̃ fuerat permaneret. O mirabile mysteriũ. O ĩenarrabile cõmerciũ: o mira semꝑq; miranda diuine ꝓpitiationis benignitas: serui digni non fuimus: ⁊ ecce filij dei facti sum⁹: heredes quidẽ dei coheredes aũt xp̃i. Unde hoc nobis: ⁊ quid nos ad hoc: sed rogo te clemẽtissime pater per hãc ĩestimabilẽ pietatẽ bõitatẽ ⁊ charitatẽ tuã vt dignos nos facias multis ⁊ magnis ꝓmissionbus eiusdẽ filij tui domini nr̃i iesu xp̃i. Mãda virtuti tue ⁊ ꝯfirma h̃ qd̃ opat⁹ es in nobis perfice quod cepisti vt ad plenam tue pietatis gr̃am mereamur ꝑuenire. Fac nos ꝑ spm̃ sanctum intelligere ⁊ mereri ⁊ debito semper honore venerari hoc magnũ pietatis mysteriũ qd̃ manifestatũ est in carne iustificatum est in spiritu: apparuit angelis: ꝑdicatũ est gentibus creditũ ẽ in mundo: assumptũ ẽ ĩ gl̃ia.

¶ De gr̃a quam habere debet hõ deo ꝓ bñficio redẽptõis. Cap. xvi.

Quantum sumus tibi debitores dñe de⁹ noster tanto redẽpti p̃cio: tãto saluati dono ⁊ tã glorioso adiuti bñficio: q̃tum a nobis miseris es timẽdus amandus benedicendus laudãd⁹ honorãdus ⁊ gl̃ificãdus q̃ nos sic amasti sic saluasti sic scĩficasti sic

sublimasti. Tibi nempe debemus oē q̄ possumus: oē q̄ viuimus: omne q̄ spiramus: sed quis hz quidq̄ nō tuuz. Tu dñe deus noster a quo bona cūcta pcedūt. ppter te z nomē sanctū tuū. da nobis ō bonis tuis vt ō bonis ac datis seruiamus tibi: z ī veritate placeam⁹: atq̄ debitas quotidie laudes repēdam⁹ tibi p tātis bñficijs misericordie tue. Non enim aliūde possumus tibi seruire neq̄ placere nisi de tuo munere. Omne da tū optimū z oē donū perfectū ō sursū est descendens a te patre luminū. Apō quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Domine de⁹ noster: deus pie deus bone: deus omnipotens: deus ineffabilis z īcircūscripte nature: īstitutor omniū rex: z dñi nostri iesu xp̄i pater: qui eūdē dilectū filiū tuuz misisti de sinu tuo ad publicū profectū nostrū suscipere vitā nostrā vt nobis donaret suā: eēt q̄ pfectus deus ex te patre: z pfectus hō ex matre: tot⁹ deus z totus homo: vnus idēq̄ christus Eternus z temporal' īmortalis z mortalis creator z creatus: fortis z īfirmus nutritor z nutrit⁹: pastor z onis: tēporaliter mortuus z tecuz viuens in eternū: suis dilectoribus vite municipatuz p̄mittēs de discipulis dixit. Quodcūq̄ petieritis patrez in nomine meo dabit vobis: p ip̄z sūmū sacerdotē z vez pōtificē z bonum pastorē q̄ se tibi obtulit īsacrificiū: ponēs aiam suā p grege suo te rogo per ipsū qui sedet ad dexteram tuam z interpellat te p nobis: redēpto rem z aduocatuz nostq̄ pietati z bonitati tue supplico clemētissime z bēignissime amator dominuz deus vt des mihi cum filio tuo z sancto tuo spiritu. te in omnib⁹ benedicere z glorificare: cū multa cordis contritōe z lacbrymarū fonte: cum multa reuerentia z tremore Quia quorum vna est substantia. vnū est datū. Sed quoniam corpus qō corrumpitur aggrauat animaz. excita quesso tozpozē meuz tuis stimulis z fac me strenue perseuerare ī preceptis z laudibus tuis die ac nocte. Tribue vt concaleat coz meum intra me: z ī meditatō ne mea exardescat ignis. et quia ip̄e tu⁹ vnicus natus dixit. Nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Et nemo venit ad patrez nisi per me: obsecro z suppliciter rogo. trabe me tu semper ad ipsū: z ipse me tandem perducat ad te illuc: vbi ille est ī ōrtera tua sedēs Ubi est sempiterna vita: z sēpiterne beata: vbi est amor perfect⁹ z timor nullus. vbi est dies eternus: z vnus omniū spūs: vbi summa z certa securitas z secura tranquillitas: z tranquilla iocūditas z iocūda felicitas: z felix eternitas z eterna beatitudo z beata tui sine fine visio atq̄ laudatio. Ubi tu cuz illo z ille tecum in cōmuniōe sancti spiritus eē naliter ac sempiternaliē vinis z regnas deus per omnia secula seculozum.

Oro deuotissima ad xp̄m. Cap. xvij.

Spes mea xp̄e deus: dominuz tu dulcis amator. lux. via. vita salus. z decus omne tuoz oīa p quoz voluisti ferre salute. Cerne vi cla crucē vulnus mortemq̄ sepulchrū post tres inde dies de victa morte resurgens. Discipulis visus nutantiaz corda reformans: luce quaterdena celozuz sūma petisti. vinis in eternum nunc z per secula regnas. Tu es deus meus viu⁹ z verus: p̄r me⁹: scūs dñs me⁹: pi⁹ rex meus: magn⁹ pastor me⁹: bon⁹ magr̄ me⁹ vn⁹ adiutoz meus: optim⁹ dilect⁹ me⁹

pulcherrimus panis meus: viuus sacer dos meus: in eternuz dux meus: ad patriã lux mea vera dulcedo mea scã via mea: recta sapientia mea: preclara simplicitas mea: pura cõcordia mea pacifica custodia mea: tuta portio mea bona salus mea: sẽpiterna misericordia mea magna patientia mea: robustissima victima mea: imaculata redẽptio mea: sãcta spes mea: firma charitas mea pfcã resurrectio mea vera vita mea eterna exultatio ⁊ visio mea: beatissima ⁊ sine fine mensura. Te deprecor supplico et rogo vt per te ambulẽ: ad te veniã te requiescã: q̃ es via: veritas ⁊ vita: sine qua nemo venit ad patrẽ. Te eniz desidero dulcissimũ te pulcherrimũ dñm o splẽdor paterne glorie q̃ sedes sup cherubi ⁊ intueris abyssos: lumẽ veridicũ: lumẽ illuminãs: lumẽ indeficiens in quẽ desiderant angeli pspicere. Ecce cor meũ corã te ẽ: discute tenebras ei⁹ vt amoris tui claritate plenius perfundar. Da mihi deus me⁹ te: redde mihi te: en amo te. Et si par ẽ amẽ validius. Nõ possũ metiri vt sciã quantũ desit mihi amor tui: ad id qd̃ sat ẽ: vt cur̃at vita mea in amplexus tuos nec auertatur donec abscondat̃ i abscõdito vult⁹ tui. Hoc tantũ scio qr male mihi ẽ preter te nõ solũ extra te sed in meipso. Et oĩs mihi copia q̃ deus meus nõ ẽ egestas ẽ. Bonũ nãq; qd̃ neq; i melius neq; in deterius cõmutari põt: tu solus es q̃ solus simplex es: cui nõ ẽ aliud viuere: ⁊ alid̃ btẽ viuere: qr tua beatitudo tu es. Creatura v̄o tua cui ẽ aliud viuere ⁊ aliud btẽ viuere. Omne qd̃ viuit ⁊ btẽ viuit nõ dz nisi gratie tue: nos egemus te: nõ tu nobis: qr si omnino nõ essem⁹ nihil tibi deesset ad bonũ q̃ tu es. Tibi itaq; dño deo nr̃o semper adherere necesse habem⁹ vt p ꝯtinuũ auxiliũ gratie tue sãcte ⁊ pie ac recte viuere valeam⁹: põdere si quidẽ fragilitatis nostre deorsũ trahimur. dono autem tuo accendimur: ⁊ sursum ferimur: inardescimur ⁊ imus: ascendimus: ascẽsiones in corde facimus: ⁊ cantamus canticũ graduũ igne tuo: bono tuo: igne inardescimus ⁊ imus. Quo iã sursũ imus. Ad pacem hierusalẽ quoniã iocũdatus sum i his q̃ dicta sũt mihi. In domũ dñi ibimus Illic collocauit nos volũtas bona: vt nihil velim⁹ alid̃ q̃ pmanere illic i eternũ: sed qr dũ sumus in corpore peregrinamur a te dñe: nõ habemus hic ciuitatẽ manentẽ: sed futurã inquirimus: noster aũt municipatus i celis est. Ideo duce gratia ingredior in cubile cordis mei: ⁊ canto tibi amatoria rex meus et deus meus gemens ĩenarrabilis gemitus i loco peregrinatiõis mee. Ubi cãtabiles mihi facte sũt iustificatiões tue. Et recordãs hierusalẽ extẽdor in eam: sursũ corde hierusalẽ patriã meã hierusalẽ matrem meã. Teq; sup eã regnatorẽ: illustratorẽ: patrẽ: tutorẽ: patronũ: rectorẽ: castas ⁊ fortes delitias: ⁊ solidũ gaudiũ: ⁊ oĩa bona ĩeffabilia simul oĩa: qr vnũ sũmũ ⁊ verũ bonum ⁊ non auertar donec i ei⁹ pacẽ matris charissime vbi sũt primitie spiritus mei colligas totũ q̃ sũ a dispersiõe ⁊ diformitate hac ⁊ cõformes atq; cõfirmes i eternum deus meus misericordia mea.

Hic distiguit iter sapiẽtiã q̃ domus dei ẽ ⁊ sapiẽtiam q̃ diuĩa ẽ. Ca. xviij.

Hec domus tua deus non terrena: neq; vlla celesti mole corporea: sed particeps eternitatis tue: quia sine labe manet in eternum: statuisti eam in seculum seculi preceptum posuisti ⁊ non preteribit.

Nõ tñ tibi deo coeterna qꝛ nõ sine ini-
tio facta ē: prior quippe oīum creata ē
sapiētia patris deo plane coeṫna ⁊ co-
eq̄lis: ꝑ quā creata sunt oīa ⁊ ī quo p̄n
cipio factū ē celū ⁊ terrā: sed ꝓfecto sa-
piētia spūalis natura. s. q̄ cōtēplatione
luminis lumē dicitur ⁊ ipsa q̄ꝫuis crea-
ta sapiētia. Sed q̄ꝫtū distat inter lumē
illuminās ⁊ lumē qđ illuminaṫ tātum
differt inter te sūmā sapīam q̄ creas: et
istā q̄ creata ē: sicut inter iusticiā iustifi
cātē: q̄ tu deus meus es: ⁊ iusticiā q̄ iu-
stificatōe fcā ē. Nā ⁊ nos sumus dicti
iusticia dei p̄ris ī te filio eius dño nr̄o:
testāte apl̄o. Ergo qꝛ prior oīuꝫ creata
ē quedā sapīa mēs rōnalis ⁊ ītellectu
alis: caste. s. ciuitatis tue matris nr̄e que
sursum est ⁊ libera est ⁊ eterna in celis.
Quibus celis? Nisi q̄ te laudāt celi ce-
loꝝ qꝛ hoc ē celū celi dño. Et si nō inue
nimus tp̄s ante illam q̄ creaturā tēpo-
ris antecedit: qꝛ prior oīum creata ē: an
te illā tñ es tu deꝰ eternus creator oīuꝫ
a quo ē ipsiꝰ creatoris eternitas a quo
facta sūpsit exordium: q̄ꝫuis nō tēporis
qꝛ nundū erat tēpus: ipsius tñ ꝯditōis
sue vnde ita est abste domino deo nr̄o
vt aliud sit plane q̄ꝫ tu: licet nec ante il-
lā inueniamus tempus. Est enim ido-
nea faciem tuā semper videre: nec vspi
am deflectiṫ ab ea quo fit vt nulla mu
tatione variet̄. Inest tñ ipsi mutabili-
tas qua tenebresceret ⁊ frigesceret nisi
amore grādi coherens tibi tanq̄ꝫ super
meridiē luceret ⁊ ferueret ex te. Deni-
q̄ꝫ causa casto amore coheret tibi deo
vero ⁊ vere eterno: vt q̄ꝫuis tibi non sit
coeterna ꝑ nullius tēporis varietates ⁊
vicissitudines a te resoluaṫ ⁊ defluat: sꝫ
in tui solius verissima ꝯtēplatione req̄e
scat. Qm̄ tu deus diligenti te q̄ꝫtuꝫ pre-
cipis ostendis te: ⁊ sufficit ei vñ nō de-
clinaṫ a te nec a se: sed semp̄ in eodē sta
tu manet te indefinēter vidēdo te inde
ficiēter amādo: veꝝ lumē ⁊ castū amo-
rē. O btā ista sublimis creatura creatu
rarū maxīe btā īherendo semp̄ btītudi
ni tue felix h̄ ⁊ nimiū felix te sēpiṫno ī-
hītatore atq̄ꝫ illustratore suo: nec īuēio
q̄d licētius appellādū extimē celū celi
dño q̄ꝫ domū tuā cōtēplātē delectatio
nē tuā sine defectu ⁊ absq̄ꝫ affectu egre
diēdi ī aliđ mētē purā ꝯcordissime vnā
stabilimētū pacis: btōꝝ spūuꝫ: ī celesti-
bus sumit ista celestia. Vñ ītelligat aīa
cuius ꝑegrinatio lōginq̄ facta ē si iaꝫ si
tit tibi si iā facte sṫ ei lachryme sue pāes
sui: si iā petit vnā: ⁊ hāc requirit vt īha
bitet ī domo tua ꝑ oēs dies vite sue. Et
q̄ vita eiꝰ nisi tu? Et q̄ dies sui nisi eterni
tas tua? Sicut āni tui qui nō deficiunt
Hic g̊ ītelligat aīa q̄ pōt quē lōge sup̄
oīa tp̄a sis eternꝰ qñ domꝰ tua q̄ ꝑegri
nata nō ē q̄ꝫuis tibi nō sit coeterna īde
finēter tñ ⁊ īdeficienter coherendo tibi
nullā tp̄is patiṫ varietatē: teq̄ꝫ semp̄ ꝑ-
seuerātissima castitate hauriēs mutabi
litatē suā nusquā ⁊ nunq̄ꝫ exierit: ⁊ te si
bi p̄ñte ad quē toto affectu se tenet nō
hñs futuꝝ qđ expectet nec ī p̄teritum
traijciens q̄ meminerit per nullas vi-
ces variaṫ ⁊ ī nulla tp̄a extenditur.

Hic orat hō vt ipsa quoq̄ꝫ domꝰ dei
oret ꝑ eo. Cap. xviiij.

Domus dei lumīosa ⁊ speciosa
dilexi decorē tuū: ⁊ locū hītati
onis glīe dñi dei nr̄i possessor
⁊ fabricatoris tui tibi suspiret ꝑegrīatō
mea nocte ac die tibi īhiet cor meuꝫ ti
bi ītēdat mens mea: ad societatē btītu-
dinis tue ꝑuenire desideret aīa mea. di
co ei q̄ fecit te vt possideat me ī te: qꝛ ip
se fecit me ⁊ te: īmo tu dic: tu roga eū vt
dignū me faciat participatione glorie

tue: sanctã.n.societatẽ tuã ⁊ mirabilez pulchritudinẽ tuã nõ ꝑ meritũ requiro sed ꝑ sanguinẽ eius quo redẽptus sum adipisci nõ despero: tñ adiuuẽt me merita, tua: subueniãt paruitati mee sãcte ⁊ purissime orationes tue: que ineffica ces apud deũ nullatenus esse possunt. Erraui fateor sicut ouis perdita: ⁊ incolatus meus ꝓlongatus est: atq; ꝓcul ꝓiectus sũ a facie dñi dei mei ĩ hac exilij cecitate. Ubi expulsus a ꝑadisi gaudijs deploro quotidie mecũ sup miserias ca ptiuitatis mee lugubre carmẽ ĩgẽtesq; lamẽtatões cũ recordor tui mater hierusalẽ: dũ stant pedes mei ĩ atrijs tuis sancta ⁊ decora syon: nec dũ interiora tua ꝯspicere ĩ ꝓpatulo valẽs: sed in humeris pastoris mei structoris tui spero me reportari: tibi vt tripudiẽ tecũ illo ĩ enarrabili, gaudio quo letãt̃ illi q̃ tecũ sũt corã ipso deo ⁊ saluatore nostro: q̃ dissoluit inimicitias ĩ carne sua ⁊ pacificauit oĩa q̃ in celis sũt ⁊ q̃ in terra sanguine suo. Ipse.n.ẽ pax nostra: q̃ fecit vtraq; vnũ. Qui duos ex aduerso venientes parietes ꝯiugẽs ĩ se: beatitudinis tue ꝑmanẽtẽ felicitatẽ pari mõ ⁊ eadẽ mensura se nobis daturũ ꝓmisit dicẽs. Erũt equales angelis dei ĩ celis. O hierusalẽ dom⁹ dei eterna: post xp̃i dilectionẽ tu esto leticia ⁊ ꝯsolatio mea: dulcis memoria tui bt̃i noĩs sit releuatio meroris tediorũq; meorũ. Quantis amaritudinib⁹ vita ista sit respersa.

Tedet .n.me dñe val- Ca.xx.
cedinis eius. Illa igitur gratia q̄ me de
nihilo creasti illã queso dñe da mihi:
vt tibi de hoc referam gratiã.

De oĩpotẽtia dei. Cap. ix.

Omnipotẽs manus tua semꝑ
vna ꝛ eadem: creauit ĩ celo an
gelos: ꝛ in terra vermiculos:
nõ superiorꝫ in illis nõ ĩferiorꝫ in istis. si
cut enĩ nulla manus angelum: ita nul
la posset creare vermiculum: sicut nul
la celum: ita nulla minimũ arboris fo
lium: sicut nulla corpus ita nulla vllũ
capillum albũ põt facere aut nigrum.
Sed op̄s manus tua: cui oĩa pari mo-
do sunt possibilia: nec eĩm possibilius
est ei creare vermiculũ q̄ꝫ angelũ: nec ĩ
possibilius ẽ extẽdere celum q̄ꝫ folium
nec leuius formare capillũ q̄ꝫ corpus
nec difficilius fundare terram supe
aquas: q̄ꝫ aquas super terrã sꝫ oĩa q̄cũ

que voluit fecit sicut voluit in celo ⁊ ī terra ī mari ⁊ ī oībus abyssis: ⁊ me in ter oīa sicut voluit potuit ⁊ scīuit. Do tuit quidē manus tua dñe: me lapidē vel auem: vel serpentē vel belluā aliq̄ creare: ⁊ scīuit: sed noluit ꝓpter suā bo nitatē. Quare ergo ego nō sū lapis vel arbor vel aliqua bellua: qz sic ordina uit bonitas tua. Et vt hoc ordinaret nō p̄cesserunt merita mea.

De laude dei. Cap. x.

Vnde hoc mihi dñe: vnde mihi laudes ad laudādū te: sicut fe cisti me sine me: sicut cōplacu it ante te. ita laus tibi ē sine me: sicut cō placet ante te. Laus tua dñe tu ipe es. Laudēt te opa tua secūdū mītitudinē magnitudinis tue laus tua dñe īcōpze hensibilis est. Lorde nō cōpzehēditur. ore nō mēsurat: ante nō pcipit qz ista trāseūt ⁊ laus tua dñe manet ī eternuz cogitatio incipit: ⁊ cogitatio finit. Vox sonat ⁊ transit: auris audit ⁊ auditus trāsit: laus vero tua ī eternū stat. Quis ergo ē qui te laudat: quis ergo hō an nūciat laudē tuā: laus tua ꝓpetua est. trāsitoria nō ē hic te laudat q̄ teip̄z lau dē tuam credit: hic. n. te laudat q̄ seip̄z nosci ī tua laude nō posse pertingere: laus ꝓpetua que nūq̄ trāsit. In te est laus nostra: ī te laudabit aīa mea. Nō nos laudam⁹ te: sed tu te: ⁊ p te ⁊ ī te ⁊ nobis etiā ē laus ī te: ⁊ tūc verax habe mus laudē: qñ a te habem⁹ laudē: qñ lux approbat lucē: qz tu vera lux tribu is verā lucē. Quotiēs ab alio aliquo q̄ rimus laudē totiens tuam amittimus laudem quia illa trāsitoria est sed tua eterna. Si trāsitoriaz querim⁹: eternam amittim⁹. Si eternā volumus: trāsito riā nō amemus. laus eterna dñe deus meus a quo oīs laus sine quo nulla ē laus. Nō. n. valeo laudare te sine te ha beam te: ⁊ laudabo te. Quid. n. ego suz dñe ꝓ me vt laudem te: puluis ⁊ cinis ego sū canis mortuus ⁊ fetens ego suz vermis ⁊ putredo ego suz. Quis ego sū vt laudē te dñe de⁹ fortissime spiritus vniuerse carnis: q̄ habitas eternitatem: Nūquid tenebre laudabūt te lucē: aut mors vitā: Tu lux ego tenebre: tu vita ego mors: nūquid vanitas veritatē lau dabit: tu es veritas: ego homo similis factus vanitati: quid ergo dñe lauda bo te nūquid miseria mea laudabit te: nūquid fetor laudabit odorē: nūquid mortalitas hois que hodie ē ⁊ cras tol lit laudabit te: Nunquid laudabit te hō putredo ⁊ fili⁹ hois vermis: Num quid laudabit te dñe q̄ ī peccatis geni tus ē ⁊ natus ⁊ nutritus: Nō ē. n. spe ciosa laus in ore peccatoris: laudet te dñe deus me⁹ omnipotens potentia tua: incircūscriptibilis sapientia tua: ⁊ ī effabilis bonitas tua: laudet te supere minena clemētia tua: superabundans misericordia tua: sempiterna quoq; ve ritas ⁊ diuinitas tua: laudet te oīpotē tissima fortitudo tua: sūma quoq; be nignitas tua ⁊ charitas tua: ꝓpē quā creasti nos dñe ōs vita aīe mee.

De spe erigēda ad deū. Ca. xi.

Ego autē creatura tua sub vm bra allarum tuarum sperabo ī bonitate tua qua creasti me. Aduma creaturam tuam quā creauit benignitas tua: non pereat in malicia sua qō opata est bonitas tua: non pe reat in miseria sua qō fecit sūma clemē tia tua. Que est enim vtilitas in creatio ne tua si descendam in corruptionem meam: Nunquid vane deus constitui sti filios hominum: Creasti me domi ne: rege qō creasti: opera manuz tua /

rum ne despicias deus. Me fecisti de nihilo: si me non regis dñe iterum reuertar ad nihilũ. Sicut eniz dñe nõ eraz ⁊ de nihilo fecisti me: sic si me nõ regis adhuc ad nihilũ redigar. Adiuua me dñe vita mea ne pereã ĩ malicia mea: si nõ creasses me dñe nõ essem qꝛ creasti me iam sũ. Si nõ regis iã nõ sũ. Nõ.n. mea merita nõ mea gratia te coegerũt vt creares me: sed benignissima bonitas tua ⁊ clemẽtia tua. Illa charitas tua dñe deus me⁹ que te ad creationẽ coegit: ipsa queso modo cogat te ad regendum. Quid.n. prodest qđ cõpulit charitas tua ad creãdum si pereã in miseria mea ⁊ nõ me regat dextera tua? Hec te cogat dñe de⁹ meus clementia ad saluandũ qđ creatũ ẽ que te cõpulit creare qđ creatũ ẽ. Ipsa te vincat charitas ad saluandũ que te vicit ad creãduz qꝛ nec nunc minor est qꝛ ipsa charitas tu ipse es qui semper idem es. Nõ est abbreuiata man⁹ tua vt saluare nequeat neqꝫ aggrauata ẽ auris tua vt nõ audiat: sed pctã mea diuiserũt ĩter me ⁊ te: ĩter tenebras ⁊ lucem: inter imaginem mortis ⁊ vitã: int̃ vanitatẽ ⁊ veritatem int̃ lunaticã hãc vitã meã ⁊ sẽpiternaz tuã.

De laq̃is cõcupiscẽtiaꝝ. Ca.xij.

Ecce vmbre quibus operior in hac abysso caliginosa carceris huius ĩ qu o prostratus iaceo donec aspiret dies ⁊ inclinẽtur vmbre fiatqꝫ lux ĩ firmamento v̄tutis tue: vox dñi ĩ v̄tute vox dñi ĩ magnificẽtia: dicatqꝫ fiat lux ⁊ effugẽtur tenebre ⁊ appareat arrida: germinetqꝫ terra herbã virẽtẽ ⁊ faciẽtẽ semẽ ⁊ fructũ bonũ iusticie regni dei dñe pr̃ ⁊ de⁹ vita ꝑ quam oĩa viuũt: ⁊ sine qua oĩa mortua cõputãt̃: ne derelinquas me ĩ cogitatu maligno: ⁊ extollẽtiã oculoꝝ meoꝝ ne dederis mihi. Aufer a me cõcupiscẽtias: ⁊ animo irreuerẽti ⁊ ĩfrunito ne tradas me: sꝫ possĩde cor meũ vt te cogitet sẽp. Illumina oculos meos: vt te videant: ⁊ nõ extollant̃ ante te gloria sẽpiterna Sꝫ humiliter sẽtiãt: nõ ĩ mirabilib⁹ sup̃se: ⁊ q̃ a d̄xtris sũt videãt: nõ q̃ a sinistris absqꝫ te ⁊ palpebre mee precedãt gressus meos. Nã ⁊ palpebre tue ĩterrogãt filios boĩum. Allide cõcupiscẽtiã meã dulcedine tua quã abscõdisti timẽtib⁹ te: vt cõcupiscã te cõcupiscẽtijs sẽpiternis: ne vanis illectus ⁊ decept⁹ interior gust⁹ ponat amarũ dulce: ⁊ dulce amarum ne tenebras lucem: ⁊ lucem tenebras in medio tot decipularum passim ab inimico sup̃ faciem vie huius ad capiẽdas aĩas peccatoꝝ q̃bus plenus ẽ totus mũdus: vt is q̃ vidit sub silẽtio ñ trãsiret inquiẽs: q̃cq̃d ẽ ĩ mũdo: aut est cõcupiscẽtia carnis aut concupiscentia oculoꝝ aut sup̃bia vite. Ecce dñe d̄s meus mũdus tot⁹ plenus ẽ cõcupiscẽtiaꝝ laqueis: quos parauerũt pedib⁹ meis: Et quis effugiet hos laqueos? ꝓfecto a quo tu abstuleris extollẽtiã oculoꝝ suoꝝ: vt ñ eũ capiat cõcupiscẽtia oculoꝝ ⁊ a quo tu abstuleris carnis cõcupiscẽtiã: ne eũ capiat carnis cõcupiscẽtia: ⁊ a q⁹ tu abstuleris aĩum irreuerẽtẽ ⁊ ĩfrunitũ: ne eũ callide decipiat sup̃bia vite. O q̃ꝫ felix cui hec tu facies: quippe transibit ĩmunis. Nũc te precor per te: adiuua me ne corruã ĩ cõspectu aduersariorum meoꝝ: capt⁹ laqueis eoꝝ: quos parauerũt pedib⁹ meis vt ĩcuruarẽt aĩam meã. Sed erue me virtus salutis mee: ne sibi risũ exhibeãt de me inimici tui q̃ oder̃t te. Exurge dñe d̄s me⁹ fort̃ me⁹ ⁊ dissipẽt̃ inimici tui ⁊ fugiãt q̃ oder̃t te.

a facie tua. sic fluit cera a facie ignis sic pereãt pctõres a facie dei: ⁊ ego abscõdar ĩ abscõdito faciei tue: ⁊ gaudebo cũ filijs tuis satiat⁹ oĩb⁹ bonis tuis. Et tu ds pr̃ orphanoꝝ: ⁊ tu mat̃ pupilloꝝ tuoꝝ: audi eiulatũ filioꝝ tuoꝝ: ⁊ extende alas tuas: vt fugiam⁹ sub eis a facie inimici: turris fortitudinis israel: qui non dormitas neq; dormies custodiẽs israel: qꝛ nõ dormit neq; dormitat hostis q̃ impugnat israel. De miseria hominis ⁊ beneficijs dei. Cap. xiij.

Lux quã nõ videt alia lux: lumẽ qd̃ nõ videt aliđ lumẽ: lux q̃ obtenebras oẽz lucẽ: ⁊ lumẽ ꝙ excecas oẽ extraneum lumẽ: lux a q̃ oĩs lux: lumen a quo omne lumen: lumen ad quod omne lumen ẽ tenebre idest ĩ ei⁹ cõparatiõe ad qđ oĩs lux obscuritas: cui oẽs tenebre lumẽ: cui oĩs obscuritas lumẽ: lux suprema quã cecitas nõ obnubilat: quã caligo nõ habebat: quã tenebre nõ obscurãt: quã nulla obstãtia claudũt: quã nũq̃ separat aliqua vmbra: lux q̃ illuminas oĩa tota simul ⁊ semel ⁊ sp̃: absorbe me ĩ claritatis abyssum vt videã vndiq; te ĩ te: et me ĩ te: ⁊ cũcta sub te. Ne derelinquas me ne erescãt vmbre ignorãtie mee: ⁊ multiplicent̃ delicta mea. Sine te eniz oĩa sũt mihi tenebre oĩa mala: qꝛ nihil bonũ sine te vero ⁊ solo ⁊ sũmo bono. Hoc cõfiteor: hoc scio dñe deus meus qꝛ vbicũq; sũ sine te: male ẽ mihi preter te nõ solũ extra me: sed etiã ĩ me: qꝛ oĩs copia q̃ nõ ẽ deus meus: mihi ẽ egestas Satiabor tũc cũ apparuerit gloria tua Ecce enĩ dñe vita mea beata: ad miseriam meam cõfiteor tibi: ex quo a bonitate tua sũmũ ⁊ vnũ bonũ tẽporaliuz rerum multiformitas lapsum me per carnales sẽsus disuerberauit: ⁊ ab vno in multa diuisit: ⁊ facta est mihi abundantia laboriosa ⁊ egestas copiosa: dũ aliud ⁊ aliud sequebar: ⁊ a nullo implebar: dum non te in me inueniebam te incommutabilez: ⁊ singularem ⁊ indiuisum vnum bonum quod consecut⁹ non erro: quod consecutus non doleo quod possidens satiatur totum desiderium meum. Heu miseria mea ⁊ tamẽ domĩe mi misera anima mea a te refugit: cum quo semper gaudet ⁊ abũdat ⁊ sequitur mundum cum quo semper eget ⁊ dolet. Mũdus clamat: deficio: tu doĩe clamas: reficio: ⁊ miseria mea praua magis sequitur deficientez q̃ reficientem: plane infirmitas mea hec est Medice spirituum sana illam animaz vt confitear tibi salus anime mee toto corde meo super omnib⁹ beneficijs tuis: quibus pascis me a iuuẽtute mea et vsq; in senectam ⁊ senium te deprecor per teipsum ne derelinquas me: fecisti me cum non essem: redemisti me cum perissem: perieram mortuus fueram: ad mortuũ descendisti: mortem vicisti mortalem suscepisti: ad seruum rex descendisti: vt seruum redimeres teipsum tradidisti: vt ego uiuerem: tu mortem suscepisti: mortẽ vicisti: me restaurasti cum te humiliasti: perieram: abieram ĩ peccatis venundatus erã: venisti ꝓ me vt redimeres me: ⁊ tantũ me dilexisti vt sanguinem tuũ ĩ precium dares ꝓ me. dilexisti me dñe plusq̃ te: quia mori voluisti pro me. tali pacto tam charo p̃cio reduxisti me de exilio redemisti me de seruitio retraxisti me đ supplicio. Uocasti me noĩe tuo signasti me sanguine tuo: vt memoriale tuum semper esset apud me ⁊ nũq̃ recederet a corde meo qui pro me non recessit a cruce. Unxisti me oleo tuo: quo tu vnctus fuisti: vt

a te christo dicerer christianus. Eya ⁊ ĩ manibus tuis descripsisti me: vt semper sit memoria mea apud te: si tamen memoria tua iugiter fuerit apud me. Sic igitur gratia tua semper ⁊ misericordia preuenerũt me. De multis nãq; ⁊ magnis ꝑiculis sepe liberasti me liberator meus quãdo erraui ad viam reduxisti me: quãdo ignoraui docuisti me quãdo peccaui corripuisti me: quãdo fui tristis consolatus es me: quãdo desperaui confortasti me: qñ cecidi erexisti me: qñ steti tenuisti me: qñ iui duxisti me: qñ veni suscepisti me: quãdo dormiui custodisti me: quãdo clamaui exaudisti me. Qđ ds ꝑpetua ĩspectiõe ꝯsiderat opa ⁊ ĩtẽtiões hoĩuꝫ. Cap. xiiij.

Hec eniꝫ ⁊ multa alia beneficia fecisti mihi domine deus meꝰ vita anime mee: de quibꝰ dulce essꝫ mihi semper loqui: semꝑ cogitare: semper tibi gratias agere: vt possim te semper pro omnibus bonis tuis laudare: ⁊ amare te toto corde meo: ⁊ tota anima mea ⁊ tota mẽte mea: ⁊ tota fortitudine mea simul ex omnibus medullis ⁊ intimis cordis mei: ⁊ omnium cõpagum meaꝝ: beata dulcedo dñe deus meus oĩum qui delectantur in te. Sed imperfectũ meũ viderunt oculi tui: oculi inq̃ tui mlto lucidiores super solem: ⁊ circũspiciẽtes oẽs vias hoĩum ⁊ ꝓfũdum abyssi: ⁊ in omni loco contemplãtur semper bonos ⁊ malos. Cum eniꝫ cunctis presideas singula implens totus semper vbiq; presens: cunctorũq; curam agens que creasti: qui nihil odisti eorum que fecisti. Sicq; gressus meos semitasq; cõsiderans: ⁊ die noctuq; super custodiam meã vigilans: omnes semitas meas diligenter notans speculator perpetuus: veluti si totius creature tue celi ⁊ terre oblitus tantuꝫ me solum consideres: ⁊ nihil sit tibi cure de alijs. Neq; enim tibi crescit lux incommutabilis visionis tue: si tm̃ vnũ aspicias: neq; minuit̃ si ĩnumera videas ⁊ diuersa. Quia sicut vnum totũ simul ꝑfecte cõsideras: sic singula q̃libet licet diuersa ꝑfecte simul totaq; totꝰ cõspicit visus tuꝰ. Sꝫ sicut oĩa sic vnũ: ⁊ sic vnũ sic singula totũ simul sine diuisiõe vel cõmutatiõe vel diminutiõe cõsideras. Itaq; totus tu ĩ toto tẽpore: sine tẽpore: totũ me simul sẽperq; consideras: ac si nihil aliđ cõsiderare habeas. Sic igit̃ ego suꝑ custodiã meã stabo: sicut si omnium oblitus sis ⁊ mihi soli ĩtẽdere velis. Semper quippe te presentem exhibes: semꝑ te paratum offers: si me paratũ iuenis: quocũq; iero tu me dñe non deseris: nisi prior ego te deserã: vbicũq; fuero nõ recedis: qm̃ vbiq; es: ⁊ quocũq; iero ĩueniã te ꝑ quẽ possim eẽ: ne pereã sine te: cũ sine te eẽ ñ possim. Fateor q̃dem qꝛ quicquid facio ⁊ q̃cũq; facio: ante te facio: ⁊ illud q̃cquid est qđ facio melius tu vides q̃ ego q̃ facio. Quicquid enĩ sẽper operor tu pariter semꝑ presens assistis: vtpote ꝑpetuus inspector oĩum cogitationũ ĩtẽtionum delectationũ ⁊ oĩum operationũ mearum. Domine ante te est semper omne desiderium meum: ante te tota cogitatio mea. Tu domine vides vnde veniat spiritꝰ vnde sit ⁊ quo vadat: quia tu es oĩum spirituum ponderator: ⁊ vtrum radix sit dulcis aut amara đ qua foris pulchra folia emittũtur tu vides interius me melius ipse nosti: ⁊ etiaꝫ medullas radicum subtilius perscrutaris: et nõ solum intentionem sed radicis eius medullam intimam disertissima tue lucis veritate colligis numeras intueris

⁊ consignas: vt reddas vnicuiq; non solum modo secundum operā vel itentionem: sed etiā secūdū ipsā īteriorē abscōditā medullā radicis: de qua ꝓcedit ītētio operātis ad qd̄ tendo cū operor: q̄cq̄d cogito ⁊ ī quocūq̄ delector: tu vides: aures tue audiunt: oculi tui vident ⁊ cōsiderāt signas attēdis notas ⁊ scribis ī libro tuo siue bonū fuerit siue malū vt rēddas postea ꝓ bono premia et ꝓ malo supplicia quādo aperiēt libri: ⁊ iudicabunt ſm hec q̄ fuerūt scripta in libris tuis hoc ē forte qd̄ iā dixisti nobis. Cōsiderabo nouissima eoꝝ: ⁊ qd̄ d̄ te dñe dicit: scilicet vniuersoꝝ finē ipse ↄsiderat: qm̄ tu quidē ī oīb⁹ q̄ agim⁹ finem intētionis magis q̄ actum operationis attēdis. Cūq; hec diligēter cōsidero dñe deus me⁹ terribilis ⁊ fortis timore parit ⁊ īgēti rubore cōfūdor: qm̄ nobis magna ē indita necessitas recte viuēdi: q̄ cūcta facim⁹ ante oculos iudicis cūcta cernētis. Qd̄ hō ꝑ se nihil pōt sine diuina gratia. Cap. xv.

Fortissime magnipotens deus spirituū vniuerse carnis cuius oculi sunt super omnes vias filiorum adā a die natiuitatis eoꝝ vsq; in diē exitus eoꝝ: vt reddas vnicuiq; secūdū opera eoꝝ bona vel mala. Ostende mihi vt cōfitear tibi paupertatē meam quoniā dixi q̄ diues essem ⁊ nulli⁹ egerem: ⁊ nesciebā qm̄ pauper eram cecus nudus miser ⁊ miserabilis: credebā enī me fore aliquid cū nihil essem. Dixi sapiens efficiar: ⁊ stultus factus sū. Cogitabam eē cōtinēs sed deceptus sū: ⁊ video nūc q̄ donū tuum ē: sine quo nihil possum⁹ facere: q̄ nisi tu dñe custodieris ciuitatem frustra vigilat qui custodit eā. Sic docuisti me vt cognoscerem me quia derelinquisti me ⁊ ꝓbasti me nō propter te: q̄ nō cognosceres me: ſz pro me vt cognoscerē me? Naz vt dixi dñe credebā me aliq̄d fore ex me: existimabā me sufficere ꝓ me: nec ꝑcipiebaz qm̄ tu regebas me donec aliquātulum elōgasti a me ⁊ cecidi stati ī me: ⁊ vidi ⁊ cognoui qm̄ tu regebas me: ⁊ q̄ cecidi fuit ex me: ⁊ q̄ surrexi fuit ex te. Aperuisti mihi oculos lux ⁊ excitasti ⁊ illuminasti me: ⁊ vidi qm̄ tēptatio ē vita hoīs sup terrā: ⁊ q̄ gloriari nō valeat āte te oīs caro: nec iustificat oīs viuēs: qm̄ si quid boni ē parui vel magni: donum tuū ē: ⁊ nr̄um nō nisi malū ē. Unde igr̄ gloriabit oīs caro? Nūquid de malo? Hec nō ē gloria ſz miseria: sed nūquid gloriabit de bono? nūquid de alieno? Tuū dñe ē bonū: tua ē gloria. Qui eniz de bono tuo gloriā sibi querit: ⁊ ñ tibi q̄rit: hic fur ē ⁊ latro: ⁊ similis ē diabolo: q̄ voluit furari gloriam tuā. Qui.n. laudari vult de tuo bono ⁊ nō querit ī illo gloriā tuā: sed suā hic licet propter tuū donū laudet ab hominib⁹: a te tñ vituperabit: q̄ de dono tuo nō tuā sed suā gloriā q̄siuit. Qui aūt ab hominibus laudat vituperāte te: nō defendet ab hominib⁹ iudicāte te: nec liberabit cōdēnāte te. At tu dñe formator meus ex vtero matris mee nō me sinas cadere ī illā exprobrationē vt exprobret mihi furari voluisse gloriā tuā. Tibi enī sit gloria cui⁹ ē oē bonū: nobis aūt cōfusio faciei ⁊ miſia: quoꝝ ē oē malū: nisi tu volueris misereri. Miseris q̄ppe dñe: misereris oīum q̄ fecisti. ⁊ nihil odisti eorū que fecisti: ⁊ das nobis de bonis tuis: ⁊ ditas nos dñe inopes optimis donis tuis: q̄tū diligis paupes: diuites facis eos diuitiis tuis. Ecce nūc dñe paupes nos filij tui sum⁹ ⁊ pusillus grex tuus aperi nobis ianuas tuas. Et edēt pauperes ⁊

saturabuntur ⁊ laudabunt te qui requi runt te. Scio ēt dñe ⁊ cōfiteor dicēte te qm̄ illi soli q̄ cognoscūt se paupere s: et cōfitēt tibi paupertatē suā ditabūt a te: qm̄ q̄ se diuites existimāt cū sint paupe res: a tuis diuitijs inuenient excluſi. Et ego igit cōfiteor tibi dñe ds me⁹ pau pertatē meā: ⁊ fit tibi gloria tota: quo niā tuū ē oē bonū: p me. n. dñe cōfiteor vt docuisti me: nihil aliud sū q̄ vniuer sa vanitas: ⁊ vmbra mortis: ⁊ abyssus q̄dā tenebrosa: ⁊ terra inanis ⁊ vacua: q̄ sine tua benedictiōe nil germinat: fru ctum quoq̄ nō facit nisi cōfusi onē pec catū ⁊ mortē. Siquid boni vnq̄ habui a te recepi: q̄cquid boni habeo tuū ē vl a te habeo si quando steti p te st eti: sed quādo cecidi p me cecidi: ⁊ sēp i luto ia cuissem nisi tu me erexisses: sp cecus fu issem nisi tu me illuminasses. Quādo ce cidi nūq̄ surrexissē nisi tu mihi manu porrexisses: postq̄ me erexisti sp cecidis sē nisi tu me sustinuisses. Sepius perisi sem nisi me gubernasses. Sic sp dñe: sic sp gratia tua ⁊ misericordia tua preue nit me: liberās me ab oib⁹ malis: saluās a preteritis suscitās a p̄sētib⁹ ⁊ amonēs a futuris: p̄cidēs ēt añ me laqueos pec catoꝝ: tollēs occasiōes ⁊ causas: q̄ nisi tu hoc mihi fecisses ego oia peccata de mūdo fecissē: qm̄ scio dñe q̄ nullū pec catū ē q̄d vnq̄ fecerit hō q̄d alter ho mo non possit facere: si creator desit a quo fact⁹ ē hō. Sz q̄ nō facerē tu feci sti: q̄ abstinerē tu iussisti ⁊ q̄ tibi crede rē gratiā tu ifudisti. Tu nāq̄ dñe rege bas me tibi: seruabas me tibi ⁊ mihi: vt adulteriū ⁊ oē aliud peccatū nō cōmit terē.

De diabolo ⁊ multiplicib⁹ tem ptationibus eius. Cap. xvi.

Temptator defuit ⁊ vt deesset tu fecisti; loc⁹ ⁊ tēpus defuit ⁊ vt hec deessent tu fecisti affuit temptator nō defuit locus: nō defuit tēpus: sed vt nō cōsētirē tu me tenuisti. Uenit tem ptator tenebrosus vt ē: ⁊ vt eū despice rē tu me cōfortasti. Uenit tēptator ar mat⁹ ⁊ fortis ⁊ vt me nō vinceret: tu eū refrenasti ⁊ me roborasti. Uenit tēpta tor trāsfigurat⁹ i angelū lucis: ⁊ vt me ñ deciperet tu eū increpasti: ⁊ vt eū cogno scerē tu me illuminasti. Ipse. n. ē draco ille magn⁹ ⁊ ruffus: serpens antiquus: vocatus diabolus ⁊ sathanas: habens capita septē ⁊ cornua decē: quē creasti ad illudēdū huic mari magno ⁊ spacio so i quo reptant aīalia quoꝝ nō est nu merus ⁊ aīalia pusilla ⁊ magna. i. oīuer sa demonioꝝ genera: qui nihil aliō die noctuq̄ operāt nisi qz circueunt q̄ren tes quē deuorēt: nisi tu eripias. Ipe enī ē antiqu⁹ ille draco q̄ dix⁹ ē i paradiso voluptatis: q̄ cauda sua trahit tertiam partē stellaꝝ celi ⁊ eas mittit i terrā: q̄ veneno suo corrūpit aquas terre: vt bi bentes boies moriant: ⁊ q̄ sternit sibi aut quasi lutū ⁊ habet fiduciā q̄ ifluat iordanis i os suū: q̄ fact⁹ ē vt nullū tu meat. Et quis defēdet a morsib⁹ ei⁹: q̄s euadet ab ore ei⁹: nisi tu dñe q̄ cōfregi sti capita draconis magni adiuues nos p̄terēde dñe sup nos alas tuas vt fugi amus sub eis a facie draconis huius q̄ nos p̄sequit: ⁊ scuto tuo libera nos a cor nib⁹ ei⁹. Hoc enim ē continuum stu dium eius: hoc vnicū desiderium suū: vt animas quas creasti deuoret: ⁊ ideo de us meus ad te clamam⁹: libera nos ab aduersario nostro quotidiano: qui siue dormiamus siue vigilemus siue come damus siue bibamus quodcūq̄ opus operemur omnibus modis instat die ac nocte fraudibus ⁊ artibus nunc pa lam: nunc occulte: sagittas venenatas

contra nos dirigens: vt interficiat animas nras: z tamē dñe pessima insania nostra quia cum cōtinue videamus cōtra nos draconē ore aperto paratū ad deuorādū. nihilominus dormim⁹ z lasciuimus i pigricijs nostris tāq̄ securi ante eum qui nihil aliud desiderat q̄ vt nos perdat. Inimicus vt occidat lē per vigilat sine sōno: et nos vt custodiamus nos nolumus emigilari a somno. Ecce tetendit ātē pedes nostros laqueos infinitos z omnes vias nostras varijs repleuit decipulis ad capiēdas aīas nostras z quis effugiet? Laqueos posuit i diuitijs: laqueos posuit i pauperate: laqueos tetendit in cibo in potu: i voluptate: i sōmo: z i vigilia laqueos posuit i verbo z i opere: z in oī via nostra. Sed tu dñe libera nos de laqueo venātiū z a verbo aspero vt confiteamur tibi dicētes. Benedictus dñs qui non dedit nos in captionem dentibus eorū anima nostra sicut passer erepta ē de laqueo venantium: laqueus contritus ē z nos liberati sumus. ¶ Dō deus ē lux iustorum. Cap. xvij.

AT tu quidem domine lux mea illumina oculos meos vt videam lumen: z ambulem in lumine tuo z non impinguar in laqueos eius: quis enim euadet laqueos istos multos nisi videat eos? z quis videbit eos nisi quez illuminaueris lumie tuo? Ipse enim pater tenebrarum laqueos suos abscondit in tenebris suis: vt capiantur in eis omnes qui sunt i tenebris suis: qui sunt filij tenebrarum harum: non videntes lumē tuū: in quo qui ambulat non timebit: qui enim ambulat i die non offendit: qui autē in nocte ambulat offendit: quia lux non est in eo. Tu lux domine: tu lux filiorum lucis: tu dies qui nescis occasū i qua ambulant filij tui sine offensione z sine qua omnes qui ambulant in tenebris sunt quia te lucem mundi non habent. Ecce quotidie cernimus quia quo magis a te vero lumine quis elongatur eo magis peccatorum inuoluitur tenebris: z quo magis in tenebrie eo minus videt laqueos in via sua: z ideo min⁹ cognoscit: z iccirco sepius capitur z cadit i eis z quod est horribili⁹ etiam se cecidisse ignorat: qui uero suum casum gnorat eo minus curat surgere: quando magis se existimat adhuc stare: ideo cicius cadit. Tu vero lux mentis domine deus meus: nunc illumina oculos meos vt videaz z cognoscam: ne corruam i conspectu aduersariorum meorum: hec enī i odiū nostrum laborat inimic⁹ noster quem petimus vt facias liquefieri a facie nostra: sicut cera liquescit a facie ignis: quoniam ipse est latro primus z vltimus qui consilium fecit vt raperet gloriam tuam: quando inflatus z elatus crepuit z cecidit in foueam suam: z eiecisti eum de monte sancto tuo: z de medio lapidum ignitorum: in quorum medio ambulauit: z nunc vita mea deus meus ex quo cecidit non cessat persequi filios tuos: z in odium tuū o rex magne: cupit perdere hanc creaturam tuam quam creauit omnipotens bonitas tua ad imaginem tuam: vt possideat gloriā tuā quā ipse perdidit p superbiam suā. Sed cōtere eū fortis noster ante nos agnos tuos: z illumina nos: vt videamus laqueos quos ipse parauit: z euadamus ad letitiam israel. Et hec oīa tu dñe meli⁹ nosti: q̄ nosti cōtentionē ei⁹ z ceruicē ei⁹ durissimam. Nec hoc dico vt ostendam tibi: quia oīa vides z nulla te latet cogitatio: sed ante

pedes tue maiestatis de inimico meo
q̃rimoniã facio. Iudex eterne vt ip̃z dã
nes: ⁊ nos filios tuos salues: quoꝝ forti
tudo tu es. Uersut⁹ ẽ eiz dñe iste hosti
⁊ tortuosus nec facile deprehẽdi pñt
circuitus vie eius: nec cognosci species
vultus ei⁹ nisi tu illumines. Nam nũc
hic: nũc illic: nũc agnũ: nũc lupũ: nuuc
tenebras: nũc lucẽ se ostẽdit: ⁊ singulis
quibuslibẽt qualitatibus ⁊ locis ⁊ tp̃i
bus ſm varias reꝝ mutationes: varias
exhibet tẽptatiões. Nã vt tristes deci
piat tristat̃ ⁊ ipse: vt gaudẽtes illudat
fingit se ⁊ ipse gauder̃ vt spũales d̃frau
det ĩ angelũ lucis se transfigurat vt for
tes ꝯprimat apparet agnus: vt mites d̃
uoret apparet lupus: hec quidẽ omnia
ſm variarũ tẽptationũ genera effici ha
bẽt sicut alios a timore nocturno: alios
a sagitta volãte ĩ die: alios a negocio ꝑ
ambulãte ĩ tenebris: alios vero ab ĩcur
su: alios a demonio meridiano. Et ad
hec quis idoneus vt cognoscat: quis
reuelauit spẽm indumẽti eius: ⁊ gyruz
dentiũ ei⁹ quis agnouit. En abscondit
sagittas suas in pharetra: ⁊ laq̃os etiaz
abscondit sub specie lucis: ⁊ h̃ difficili⁹
ꝑpẽdit̃ nisi a te dñe spes nostra lumẽ
assumamus vt videamus. Nã nõ solũ
ĩ carnis opib⁹que de facili cognoscunt̃
nec tãtum in ipsis vitijs: sed ĩ ipsis spũa
libus exercitijs quoq̃ laqueos ostẽdit
subtiles: ⁊ sub virtutũ colore ipsa vita
ĩduit ⁊ trãsmutat se ĩ angelũ lucis. hec
⁊ multa alia nitit̃ ꝯ nos filius belial il
le sathan: dñe deus noster: ⁊ nũc vt leo
nũc vt draco: manifeste ⁊ occulte: ĩtus
⁊ extra die ac nocte insidiat̃: vt rapiat
aĩas nr̃as ⁊ tu eripe nos dñe q̃ saluas
sp̃ãtes ĩ te: vt ipse de nobis doleat: ⁊ tu
lauderis ĩ nobis dñe deus noster.

Iterum de bñficijs dei. Ca. xviij.

Ego aũt filius ancille tue q̃ me
recõmẽdauit manui tue: iã iaz
his meis paupculis ꝯfessioni
bus ꝯfitear tibi liberator me⁹: toto cor
de meo: ⁊ recolã ad mẽtẽ meaz bona
fecisti mihi a iuuẽtute mea: ĩ omni vita
mea. Scio nãq̃ q̃ ĩgratitudo multum
tibi displiceat: q̃ est radix toti⁹ mali spi
ritualis: ⁊ vẽtus quidã deficcãs ⁊ vrẽs
oẽ bonũ: obstruẽs fontez diuine mise
ricordie sup̃ hoĩez: qua ⁊ mala mortua
iã oriũtur ⁊ viua iã opa moriũtur ⁊ vl
tra nõ adipiscũtur. Et ego dñe gratias
tibi agaz ne sim ingratus: tibi liberator
meus: qm̃ liberasti me. Quotiẽs me iaz
absorbuerat ille draco ⁊ tu dñe ab ore
eius extraxisti me. Quotiens ego pecca
ui ipse parat⁹ fuit deglutire me: sed tu
dñe de⁹ meus defendisti me: cũ ꝯ te ini
que agebã cũ tua mãdata frãgebã: sta
bat ipse paratus: vt me raperet ad ĩfer
nũ: sed tu ꝓhibebas. Ego te offendebã
⁊ tu me defendebas. Ego te nõ timebã
⁊ tu me custodiebas. A te recedebam ⁊
inimico meo me exhibibã: tu ip̃z ne me
acciperet deterrebas: hec mihi tu dñe
deus meus bñficia ꝯferebas: ⁊ ego mi
ser nõ cognoscebã. Sic enĩ me multo
tiẽs a faucibus diaboli liberasti: de ore
leonis eripuisti: ⁊ ab ĩferno licet me ne
scientẽ multis vicibus reduxisti. Descẽ
di enĩ vsq̃ ad portas inferni ⁊ ne illuc
ĩtrarẽ tu me tenuisti: appropinquabaz
vsq̃ ad portas mortis: ⁊ ne me ipse ca
perẽt tu fecisti. De morte etiam corpo
ris sepius eripuisti me saluator meus:
cũ graues morbi tenerent me: cũ enim
fui in periculis multis per mare: ꝑ ter
ras ab igne ⁊ gladio: ⁊ ab oĩ periculo
liberãs: semp̃ mihi astãs ⁊ misericordit̃
saluans. Sciebas tu quidez dñe quia si
tunc mors me occupasset ĩfern⁹ aĩam

meam fuscepisset: ⁊ perpetuo dānatus fuissem: sed tua misericordia ⁊ tua gra preuenerūt me: eripiens me de morte corporis: ⁊ de morte anime dñe deus me⁹: hec ⁊ multa mihi tua alia bñficia exhibuisti: ⁊ ego crā cec⁹ ⁊ nō cognoui donec illuminasti me. Nunc igitur lux aie mee: dñe deus meus: vita mea ⁊ lu mē oculoꝝ meoꝝ per qō video: en illu minasti me ⁊ cognosco te: qz viuo per te ⁊ gratias ago tibi licet villes ⁊ exiles ⁊ ipares beneficijs tuis: quales hz mea fragilitas offero. Qñ tu es solus deus meus: creator meus benignus: q̄ amas nostras aias: ⁊ nihil odisti eorum que fecisti. En ego p̄mus inter peccatores quos saluasti: vt exēplū alijs tribuam benignissime pietatis tue. Confitear ti bi bñficia tua magna: qñ eripuisti me de inferno semel: secūdo: ⁊ tertio: ⁊ cen ties ⁊ milies: ⁊ ego semper ad ifernum tendebā: ⁊ tu me semper reducebas: et cū iuste milies dānasses me si voluis ses noluisti: qz amas aias: ⁊ dissimulas peccata hoīum ꝓpter penitentiā domi ne deus meus: multe misericordie i oī bus vijs tuis. Nunc ergo video ꝟ dñe deus meus: ⁊ cognosco per lumen tuū ⁊ ꝺfecit aīa mea i misericordia magna super me: quoniā eripuisti aīam meam ex iferno inferiori: ⁊ me ad vitaz redu xisti. Totus enī erā in morte totuz me resuscitasti: ⁊ tuū igituz sit id totū quod viuo: ⁊ totus totū me tibi offero: totus spūs totū cor totum corpus: tota vita mea viuat tibi vita mea dulcis: quoniā totū me liberasti vt totum me posside res: totū me refeci i vt totuz me reba beres. Diligā te igit dñe vt⁹ mea: diligā te ineffabilis exultatio mea: ⁊ viuat iaz nō mihi sed tibi tota vita mea que peri erat i miseria mea: q̄ resuscitata est tua misericordia: qui es deus misericors et miserator ⁊ multe misericordie: bis qui diligunt nomē tuuz. Iccirco dñe deus meus sanctificator meus: iussisti mihi lege tua vt diligā te toto corde meo: to ta aīa mea: tota mente mea: tota fortitudine mea: ⁊ ex oībus viribus meis: ⁊ etiā ex intimis medullis cordis mei oī bus horis ⁊ momentis: quibus fruor bonis misericordie tue: quoniā sēp peri rē nisi qz sēper regis me: sēper enīz mo rerer nisi qz semper me vitificas: et oī mom̄to me obligas dū oī mom̄to mi hi tua magna bñficia prestas. Sicut er go nulla hora est vel pūctus in oī vita mea: qua tuo beneficio nō vtar: sic nul lū hz esse mom̄tuz quo te nō habeā an te oculos in mea mēoria: non diligā te ex oī fortitudine mea: sed nec hoc va leo nisi tu dederis mihi cuius est oē do nū perfectuz ⁊ oē datuz optimū descē dens a patre luminū: apud quē non ē transmuratio nec vicissitudinis obum bratio. Non est enī volentis neq; cur rentis: sed tui miserentis vt diligamus te. Tuuz est dñe hoc donū cui⁹ est oē bonuz. Jube te diligi: da quod iubes ⁊ iube quod vis.

De feruore dilecti onis vel charitatis. Ca. xix.

AMo te deus meus: magisque sēper amare cupio: qz tu es re uera oī melle dulcior oī lacte nutribilior: ⁊ oī luce clarior. Iccirco super oē auruz et argentuz ⁊ lapidez p̄ ciosuz es mihi charior: displicebat enīz mihi quicquid agebā in seculo: pze dul cedine tua ⁊ decore domus tue quam dilexi. O ignis qui semper ardes ⁊ nun q̄ extingueris: o amor qui semper fer ues: ⁊ nunq̄ tepescis: accende me. Ac cendar inq̄ totus vt totus diligam te. Minus enīz te amat q̄ tecum aliquid

amat: quod non ꝓpter te amat. Diligã te dñe quoniam tu ꝓior dilexisti: ⁊ vnde mihi verbũ vt explicẽ signa dilectionis tue: maxime erga me ꝓpter inumera beneficia tua ꝙb⁹a ꝓncipio educasti me. post bñficiũ nẽpe creatõis: qñ⁹a ꝓncipio de nihilo ad imaginẽ tuã creasti me: honorificans ⁊ exaltãs me inꝫ eas creaturas quas fecisti: ⁊ nobilitãs luce vultus tui: quod signasti sup lumina re cordis mei quo ab isensibilibus pariter ⁊ sensibilib⁹ brutis discreuisti me: ⁊ paulomin⁹ ab angelis minuisti. Patrũ ⁊ hoc fuit ante ꝯspectuz diuinitatis tue: quoniã quotidianis ⁊ singularib⁹ maximisq; donarijs tuoꝝ beneficiorũ me sine intermissione nutrires: ⁊ quasi filũ paruulũ tuuz tenellũ: vberib⁹ tue ꝯsolatiõis lactasti ⁊ cõfortasti me. Ut enĩ tibi totus seruirẽ omnia quecunq; fecisti ĩ meũ seruitium tradidisti.

¶ Qõ deus subijciat oĩa seruituti hominum. La.xx.

OMnia sub pedibus hoĩuz subiecisti: vt solus homo totus tibi subijceretur: ⁊ vt tuus totus homo esset sup oĩa opera tua oñatus ẽ homo. Exterioza nẽpe ꝓ corpore cũcta creasti: ipsuz vero corp⁹ ꝓ aĩa: aiam vero ꝓ te: vt tibi soli vacarz: ⁊ te solũ amaret: possidẽs te ad solatium: ĩferioza vero ad seruitiũ. Quicquid enĩ celi ambitu ꝺti netur inferius ab aĩa humana ẽ que facta est ꝓ sũmuz bonũ superius possideret: cuius possessione beata fieret: cui si adheserit cũctoꝝ mutabiliuz ĩferioꝝ necessitudines supergrediẽs: illius summe maiestatis cuius emulaꝰ spẽm: eternitate imortalitatis eius gaudebit: tũc vero illis bonis optimis fruetur in domo dñi: quoꝝ cõparatõe cuncta hec que hic cernimus velut nihiluz cõputanꝰ: illa que nõ oculus vidit: nõ auris audiuit: nec ĩ cor hoĩs ascẽderũt q̃ prepazauit deus diligentib⁹ se. ⁊ hec quidẽ dñe daturus es aie: bis etiã quotidie letificas aĩas seruoꝝ tuoꝝ q̃ amas aĩas. Quid miror hec dñe deus meus: imaginẽ quippe tuã honorificas ⁊ sĩlitudinẽ tuaz ad quaz create sunt. Nam ⁊ corpori nostro licet adhuc corruptibili ⁊ ignobili: vt videret: ꝺdisti celi claritatẽ ꝓ manũ ministroꝝ tuoruz ĩdefessorũ solis ⁊ lune: q̃ precepto tuo iugiẽ die ac nocte deseruiunt filijs tuis: vt spiraret largitus es aeris puritatẽ: vt audiret sonoruz varietates: odozaret odoꝝ suauitates: vt gustaret sapoꝝ qualitates: vt cõtrectaret dedisti corpulentiuz oĩum grossitates. Adiuuamẽta suis necessitatibus dedisti iumenta: volucres quoq; celi ⁊ pisces maris; ⁊ fructus terre: ad reficiendũ ĩpendisti. Medicinas de terra ꝓpter singlas quasq; suas corruptelas creasti: singula solatia singulis malis obuiãtia preparasti: qñ es misericoz ⁊ miserator ⁊ nouisti figmentuz nostrum figulus noster ⁊ nos oẽs q̃si lutũ ĩ manu tua.

¶ Qõ ex cõsideratiõe bonoꝝ tẽporalium colligitur magnitudo celestis ꝺsilij. La.xxj.

AN aperiaꝰ mihi misericordia tua magna lumine tuo. Illustra queso magis adhuc: vt mihi magis aperiaꝰ. nam ex bis minimis tua magna: ⁊ ex bis visibilib⁹ tua inuisibilia ꝓhẽdimus dñe deus sancte et bone creator noster. Si enim domine ꝓ hoc corpore ignobili ⁊ corruptibili: tam magna ⁊ innumera beneficia prestas a celo: ab aere: a terra: ⁊ a mari: a luce ⁊ tenebris: a caloze ⁊ vmbra roze ⁊ ibre: vẽtis ⁊ pluuijs: volucrib⁹ ⁊ piscib⁹ bestijs ⁊ arboribus: ⁊ multiplicate ber

barū germinum terre ⁊ cūctarum creaturarū tuarūz ministerio nobis succesſiue per ſua tempora miniſtrantiuz: vt eleues faſtidiū: qualia queſo ⁊ q̄ magna ⁊ innumerabilia erūt: illa bona que preparaſti diligentib⁹ te: i illa celeſti patria: vbi te videbimus facie ad faciē. Si tāta facis nobis in carcere: quid ages ī palatio? Magna ⁊ innumerabilia ſūt opera tua domine rex ſeculorum. Luz enī ſint hec omnia valde bona ⁊ delcābilia: quē bonis pariter malisq̄ cōmuna tradidiſti: qualia futura ſunt illa q̄ ſolis bonis recōdiſti? Si tā innumera ⁊ varia dōa tua: q̄ nūc amicis pariē tribuis ⁊ inimicis: q̄ magna ⁊ innumerabilia: q̄ dulcia ⁊ q̄ delectabilia: que ſolis tuis es largiturus amicis? Si tanta ſolatia ī hac die lachrymarū: quāta ofᵉres ī die nuptiarū? Si tāta delectabilia cōtinet carcer: quāta queſo continet patria? Oculus non vidit: nec auris audiuit: que preparaſti diligētibus te. Secūdum enīz multitudinē magnificentie tue: eſt etiā multitudo magna dulcedinis tue quā abſcōdiſti timentibus te. Magnus enim tu es domine de⁹ meus ⁊ immenſus: nec eſt finis magnitudinis tue: nec eſt numerus ſapientie tue nec eſt menſura benignitatis tue: nec ē finis ſeu numerus: neq̄ menſura retributionis tue: ſed ſicut magnus es tu: ⁊ magna ſunt donaria tua: quoniam tu ipſe premium ⁊ donum omnium legitimorum tuorum pugnatorūz.

Qō diuina dulcedo oēm preſentē amaritudinē tollit. Ca. xxij

Hec ſunt beneficia magna tua domine deus: ſcificator ſcōrum tuor̄ quib⁹ repletur⁹ es iopiaz eſurientiuz filiorum tuor̄: quoniā tu es ſpes deſperatorūz ⁊ ſolatio deſolatorum: tu corona ſpei que ornata eſt gloria preparata vincētibus. Tu familicorum ſatietas eterna vanda eſurientib⁹ Tu cōſolatio ſempiterna: qui ſoliſ illis te tribuis: qui ſolationē huius mūdi pro tua cōſolatione otemnunt. Nam qui hic conſolantur indigni tua conſolatione babent: ſed qui hic cruciantur a te conſolant: ⁊ qui participant paſſionibus participant ⁊ conſolationibus Nemo enim poteſt in vtroq̄ ſeculo cōſolari: nec poteſt quis hic ī futuro gaudere: ſed vnum neceſſe ē vt perdat q̄ alteruz voluerit poſſidere. Dec vbi cōſidero dñe conſolator meus: renuo inquaz renuo conſolari aīam meam: vt digna habeatur tuis conſolationibus eterni quia iuſtum eſt vt amittat te: cum aliquo alio magis cōſolari eligit q̄ in te. Et obſecro ſumma veritas te per te: vt non permittas me in aliquam aliaz cōſolationem vanam cōſolari q̄ in te: ſed peto vt omnia mihi amareſcant: vt tu ſolus dulcis appareas anime mee: qui es dulcedo ineſtimabilis per quam cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo ſtephano lapides torrentiſ dulcorauit: tua dulcedo craticulā brō laurētio dulcē fecē: p tua dulcedie ibāt apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine tuo contumeliam pati. Ibat andreas ſecurus ad crucem et gaudens: quoniam ad tuam dulcedinem properabat. Dec enim tua dulcedo ipſos apoſtolorum principes ſic repleuit: vt pro ipſa crucis patibulum vnus eligeret: alter quoque caput ferienti gladio ſupponere non timeret pro hac emenda Bartholomeus pro piam pellem dedit: pro hac quoq̄ guſtāda veneni poculum ītrepidus ioan-

nes potauit. Hanc vero petrus omniũ inferioꝝ oblit⁹ clamauit: q̃si ebrius dicẽs: dñe bonũ ẽ nos hic eẽ faciam⁹ hic tria tabernacula: tibi vnũ: ⁊ cetera: hic moriemur te cõtẽplemur qꝛ nullo alio indigemus sufficit nobis dñe videre te: sufficit inq̃t tãta dulcedine satiari: vnã enĩ stillã dulcedinis ille gustauit ⁊ oẽꝫ aliã fastidiuit dulcedineꝫ. Quid putas dixisset si magnã illã multitudinẽ dulcedinis diuinitatis tue gustasset quam abscondisti diligẽtib⁹ te? Hãc tuã dulcedinẽ ĩeffabilẽ ⁊ illa gustauerat virgo de qua legim⁹ ꝙ letissima ⁊ glorianter ibat ad carcerẽ: ⁊ q̃si ad epulas ĩuitata Hanc vt reor ⁊ ipse gustauerat q̃ dicebat: q̃ꝫ magna mlt̃itudo dulcediuis tue dñe quã abscõdisti timẽtibus te: quiqꝫ monebat. gustate ⁊ videte qm̃ suauis ẽ dñs: hec ẽ.n. illa beatitudo dñe de⁹ nr̃ quã expectam⁹ datuꝝ te nobis: ꝓ qua tibi dñe ꝯtinue militam⁹: ꝓ q̃ mortificamur tota die vt ĩ tua vita viuamus.

Quod tota spes ⁊ desiderium cordis nostri debet esse in deum.

Capitulum.xxiij.

Tu aũt expectatio israel dñe desideriũ ad qd̃ suspirat cor nr̃uꝫ quotidie: festina ne tardaueris. Surge ꝓpera ⁊ veni: vt educas nos de isto carcere ad cõfitẽdũ nomini tuo vt gloriemur ĩ lumine tuo. Aperi aures tua clamorib⁹ lachrymaꝝ pupilloꝝ tuoꝝ q̃ clamãt ad te: pr̃ nr̃: da nobis hodie panẽ nr̃um quotidianũ: ĩ cuius fortitudine ambulemus die ac nocte vsqꝫ quo ꝑueniam⁹ ad montem scũm tuum oreb. Et ego paruulus ĩter paruulos familie tue d̃s pr̃ ⁊ virt⁹ mea: qñ veniaꝫ ⁊ apparebo ante faciẽ tuã: vt q̃ nunc tibi cõfiteor ad tẽp⁹ ex tũc cõfitear ĩ eternũ beatus ero si fuero ad vidẽdũ claritatẽ tuã. Quis mihi hoc tribuat vt ad h⁹ venire permittas me? Scio dñe scio ⁊ cõfiteor me indignum vt intrem sub tectũ tuum: sed fac propter honorem tuum: ⁊ ne confundas in te sperantem seruũ tuũ. Et quis ĩtrabit in sanctuariuꝫ tuũ ad cõsiderandas potentias tuas nisi tu aperias? quis aũt aperiet si tu clauseris Si.n. destruxeris: nemo ẽ q̃ edificet ⁊ si ĩcluseris hoĩem: nemo ẽ q̃ aperiat: si cõtinueris aquas oĩa siccabunt̃. Et si emiseris eas subuertent terras. Si oĩa q̃ fecisti ad nihilũ redigis: q̃s cõtradicet tibi porro sempiterna bonitas misericordie tue qua voluisti ⁊ fecisti oĩa quecunqꝫ voluisti tu nos fecisti fabricator mũdi rege nos tu nos creasti: ne spernas nos quia opera tua sumus. Et q̃dem domine deus noster nos lutum ⁊ vermiculi: nõ valem⁹ ĩ tuas eternitates ĩtrare nisi tu ĩduxeris q̃ d̃ nihilo cũcta creasti.

Qd̃ laus nr̃a ex deo ẽ. Cap.xxiiij.

Ego autem opus manuum tuarum cõfiteor tibi ĩ timore tuo: quia non ĩ arcu meo sperabo: ⁊ gladius meus nõ saluabit me: sꝫ dextera tua ⁊ brachium tuum ⁊ illuminatio vultus tui: alioquin desperarẽ quoniam spes mea tu es: qui creasti me: quoniam non derelinquis sperantes ĩ te. Tu quippe es deus noster suauis ⁊ verus: patiens a in misericordia disponens. Nam si peccauimus tui sumus: si non peccauimus tui sumus: quoniam apud te sumus computati: nos enim folium vniuersi: ⁊ vanitas est omnis homo viuens: ⁊ vẽtus ẽ vita nostra sup̃ terram: ne irascaris si cadimus pupilli tui: qm̃ tu nosti figmẽtũ nostrũ domine deus noster. Num deus inextimabilis fortitudinis: contra foliuꝫ qd̃ a vento rapitur ostendere vis poten-

tiã tuã ⁊ stipulã siccã ꝑseq̃ris? Nuꝫ dã nabis rex israel eterne canẽ vnũ? Nuꝫ dãnabis pulicẽ vnũ? Audiuim⁹ de misericordia tua dñe qm̃ tu mortẽ nõ facis nec letaris ĩ ꝑditiõe moriẽtiũ: ꝑꝑ h̃ oramus te: ne ꝑmittas dñari qđ nõ fecisti huic creature tue quã fecisti. Si. n. doles de ꝑditione: q̃d te ꝓhibet dñe: q̃ oĩa potes: ne sꝑ leteris de nr̃a saluatõne: si vis potes me saluare: ego aũt ⁊ si vellẽ nõ possez nisi tu velis: tã magna ẽ multitudo miseriaꝝ meaꝝ mecũ. Uelle q̃ꝑpe mihi adiacet: ꝑficẽ aũt non ĩuenio. Uelle aũt ꝙ bonũ ẽ non possuꝫ nisi tu velis: nec qđ volo possuꝫ nisi tua potẽtia me cõfortet: ⁊ ꝙ possuꝫ aliqñ nolo: nisi tua volũtas fiat sicut ĩ celo ⁊ in t̃ra ⁊ qđ volo ⁊ possuꝫ ignoro: nisi tua sapientia me illustret: ⁊ si ẽt sciã qñq̃ volẽs qñq̃ valẽs ĩꝑfecta ⁊ vacua trãsit sapĩa mea nisi adiuuet a ṽa sapĩa tua. In tua aũt volũtate cũcta sũt posita: ⁊ nõ ẽ q̃ possit resistere volũtati tue dñe: vniuersoꝝ prĩcipatũ tenẽs oĩs carnis: ⁊ q̃cunq̃ vis facis ĩ celo ⁊ ĩ terra: ĩ mari ⁊ ĩ oĩbus abyssis. In nobis igit̃ fiat volũtas tua: sup quibus ĩuocatũ ẽ nomẽ tuum ne ꝑeat h̃ nobile plasma tuuꝫ qđ creasti ꝓpter honorẽ tuũ: ⁊ q̃s ẽ hõ nat⁹ de muliere q̃ viuat ⁊ nõ videat mortez? ⁊ eripiat aĩaꝫ suã de manu ĩferi: nisi tu solus eripias: vita vitalis oĩs vite: ꝑ quez oĩa viuunt.

Qđ volũtas humana inefficax sit ad bona opera sine diuina gratia. Ca. xxv.

Et eniꝫ iã tibi ꝯfessus sum laus vite mee dñe de⁹ meus ṽtus salutis mee. Sꝑabã aliqñ in ṽtute mea: q̃ tñ nõ erat ṽt⁹. Et cũ sic volui currere vbi magis stare credebã: ibi magis recidi: factusq̃ suꝫ magis retro ⁊ nõ ante: ⁊ qđ credebã cõseq̃ longius elongauit a me: sic ꝑ multa sĩlia vires meas ꝓbãs: cognosco nũc qꝛ illumĩasti: qm̃ ꝙ magis posse credidi ꝑ me: minus sꝑ ibi potui. Dicebã enĩ hoc faciã: illud ꝑficiã: nec hoc nec illud faciebã. Aderat volũtas nõ erat facultas: aderat facultas nõ aderat volũtas: qm̃ de meis viribꝰ ꝯfidebã. Nũc aũt ꝯfiteor tibi dñe d̃s pr̃ celi ⁊ terre: qꝛ nõ ĩ fortitudĩe sua roborabit̃ vir: vt gl̃iet̃ añ te stulta p̃sumptio oĩs carnis: nec ẽ enĩ hoĩs velle qđ possit: aut posse qđ velit: vl̃ scire quod velit ⁊ possit: sed poti⁹ a te gressus hoĩs dirigunt̃ illoꝝ q̃ nõ a se sed a te dirigi se cõfitent̃. Obsecram⁹ itaq̃ ꝑ viscera misericordie tue velis dñe saluare qđ creasti: qm̃ si vis potes nos saluar̃: ⁊ in tua volũtate virtus ẽ nostre salutis.

De antiq̃s bñficijs. Capi. xxvj.

Recordare misericordie tue antiq̃ qua nos a prĩcipio ĩ bñdictõibus tue dulcedinis p̃uenisti añ q̃ eĩm nascerer ego filius ancille tue: dñe spes mea ab vberib⁹ mr̃is mee tu me p̃uenisti p̃parans mihi semitas q̃bus ĩcederẽ ⁊ venirẽ ad gloriã dom⁹ tue: p̃usq̃ me formares in vtero nouisti me: ⁊ ante q̃ exirẽ de vulua quicq̃d tibi placuit p̃ordinasti de me. Que ⁊ q̃lia sunt ĩ libro tuo descripta de me: ĩ secreto consistorij tui: ego q̃dẽ ignoro: vñ ⁊ valde timeo. Tu ṽo nosti qm̃ qđ ego ꝑ successus dieꝝ ⁊ tẽpoꝝ hinc ad mille ãnos huius tꝑalitatis expecto: ĩ cõspectu eternitatis tue iã factũ ẽ: ⁊ qđ futurũ ẽ iã factũ est. Ego aũt stans ĩ hac nocte tenebrosa hec ignorãs: timor et tremor venerũt sup me: dũ video mihi vndiq̃ ĩminere multa pericula a multis quoq̃ hostib⁹ venari: multitudineq̃ ĩ numeraꝝ miseriarũ in hac vita me circũdari nisi in his tãtis malis afforet mi

ꝫ tuũ adminiculũ desperarẽ. Sed spes
mihi magna subest de te mitissime prin
ceps deꝰ meꝰ ⁊ cõsideratio multitudis
miserationũ tuaꝝ que apd̃ te sunt: sub
leuat mẽtẽ meã ⁊ precedẽtia signa mi
sericordie tue q̃ me anteq̃ nascerer pre
uenerũt: ⁊ nũc specialr̃ i me effulserũt
de futuris benignitatis tue melioribꝰ
⁊ ꝑfectioribꝰ munerib⁹ q̃ amicis tuis re
seruas: spẽ meã admonẽt: vt in te letet̃
dñe deꝰ meus letitia scã viua: qua sem
ꝑ letificas iuuẽtutẽ meã. De angelis
deputatis ad custodiã hoĩum. Ca. xxvij.

Dilexisti me enĩ vnice amor me
us anteq̃ diligerẽ te: ⁊ ad ima
ginẽ tuã creasti me: oĩbus cre
aturis tuis ꝓposuisti me: quã dignitatez
tũc quidẽ seruo cũ noueriz te: propter
quẽ fecisti me. Insuper facis angelos
tuos spũs ꝓpter me: quibus mandasti
vt custodiãt me in oĩbus vijs meis: ne
forte offendã ad lapidẽ pedẽ meuz: hi
enĩ sunt custodes sup̃ muros ciuitatis
tue noue hierusalẽ: ⁊ montes in circui
tu eius vigilãtes ⁊ custodiẽtes vigilias
noctis sup̃ gregẽ tuuz: ne qñ rapiat vt
leo aĩas nostras: dũ nõ esset q̃ eriperz
ille antiquus serpẽs aduersarius nr̃ di
abolus: q̃ q̃si leo rugiẽs semp̃ circuit q̃
rẽs quẽ deuoret: sed hi sunt ciues beati
ciuitatis supne hierusalẽ q̃ sursũ est ma
ter nostra: in ministeriũ missi ꝓpter eos
qui hereditatẽ capiũt salutis: vt eos li
berẽt ab inimicis suis ⁊ custodiãt i oĩ
bus vijs suis: cõfortẽt quoq̃ ⁊ moneãt
⁊ orõnes filioꝝ tuoꝝ offerãt i cõspectu
glor e maiestatis tue. Diligũt nẽpe con
ciue. suos ꝑ quos sue ruine scissuras i
staurari expectant: iõq̃ magna cura ⁊
vigilãti studio adsunt nobis oĩbus ho
ris ⁊ locis: succurrentes ⁊ ꝓuidẽtes ne
cessitatibus nostris: ⁊ solliciti discurrẽ
tes ĩter nos ⁊ te dñe gemitꝰ nr̃os atq̃
suspiria referẽtes ad te: vt ĩpetrẽt nobis
facilẽ tue benignitatis ꝓpitiationem ⁊
referãt ad nos desideratã tue gr̃e bñdi
ctionẽ. Ambulãt enĩ nobiscũ i oĩbꝰ vijs
nr̃is: ĩtrãt ⁊ exeũt nobiscũ attẽte consi
derãtes q̃ꝫ pie q̃ꝫq̃ honeste i medio pra
ue natiõis ꝯuersemur: quãtoq̃ studio
⁊ desiderio q̃ramus regnũ tuuz: ⁊ iusti
ciã eiꝰ quãtoq̃ timore ⁊ tremore serui
amus ⁊ exultemꝰ tibi in leticia cordis
nr̃i. Adiuuãt laborãtes: ꝓtegũt q̃escen
tes: hortãtur pugnãtes: coronãt vincẽ
tes: cõgaudẽt cõgaudentibꝰ de te ĩquã
gaudẽtibꝰ: cõpatiũtur patiẽtibus: ꝓ te
ĩquã patiẽtibꝰ: grãdis ẽ enĩ cura de no
bis. Magnus ẽ effectus dilectiõis eo
rũ erga nos ⁊ hoc totũ ꝓpter honorez
tue ĩextimabilis charitatis qua dilexisti
nos. Diligũt eĩz quos tu diligis: custo
diũt quos tu custodis: ⁊ deserũt quos
tu deseris: nec diligũt operãtes iniqui
tatẽ: qm̃ ⁊ tu odisti oẽs opãtes iniq̃tatẽ
⁊ ꝑdes oẽs q̃ loquũt mẽdaciũ. Quotiẽs
eĩz bñ agimus gaudẽt ãgeli ⁊ demões
tristant̃: quotiẽs a bono deuiamꝰ: dia
bolũ letificamꝰ ⁊ ãgelos tuos suo d̃side
rio defraudamꝰ. Gaudiũ ẽ enĩ eis sup̃
vno peccatore penitentiam agente. Sz
diabolo super vno iã iusto penitentiã
deserente: da igitur da pater eis semp̃
gaudere de nobis: vt ⁊ tu sp̃ ꝑ eos lau
deris i nobis ⁊ nos cum eis i vnuz ad
ouile tuum adducamur vt ꝯfiteamur
nomini sancto tuo creator hominuz et
angelorum. Hec ipse cõmemorãs corã
te: cõfiteor laudãs te: quoniam benefi
cia tua magna sunt: hec quibꝰ nos ho
norificasti dãs nobis angelos tuos spi
ritus in ministeriũ nostrum. Dederas
eĩm quicquid celi ambitu cõtinet̃ ⁊ q̃
si parua hec que sub celo sũt: nisi adde

res ⁊ ea que sunt super celos. Laudent te dñe de hoc oēs angeli tui: cōfiteant̄ tibi de hoc omnia opera tua: ⁊ ipsi sancti tui tibi benedicant. O honorificētia nostra nos nimis honorificās ⁊ ditās multis munerib⁹ decorasti. Admirabile ē enī nomen tuum domine ī vniuersa terra. Quid est enim homo quia magnificas eū: aut apponis erga eum cor tuum? Dixisti enī veritas antiqua delicie mee esse cum filijs hominum. Nonne homo putredo: ⁊ filius hominis vermis. nōne vniuersa vanitas oīs homo viuēs? Et dignum ducis super huiusce modi aperire oculos tuos ⁊ adducere eum tecū in iudicio. ¶ De antiq̄ p̄stinatōe ⁊ pre scīa dei. Ca. xxviij.

Hoce abyssus ꝓfundissima creator: sapiētia qui liberasti montes in pōdere: ⁊ colles in statera ⁊ molē terre tribus digitis appendisti. Suspende molez corporalitatis huius quam gero: tribus īuisis digitis tuis ad te: vt videam ⁊ cognoscam q̄ admirabile est nomen tuum ī vniuersa t̄ra. Lux antiquissima que lucebas añ omnem lucem in mōtibus sanctis eternitatis antique: cui nuda ⁊ aperta erant omnia anteq̄ fierent. Lux que odio habes omnem maculam: vtpote mūdissima ⁊ immaculatissima: que tibi delicie ī homine? que ꝯuētio lucis ad tenebras Ubi eīm sunt in hoīe delicie tue. Ubi preparasti tibi ī me dignuz sanctuariuz maiestatis tue ad qd̄ ītroiens habeas delicias delectationis tue? Mūdū enī cenaculum decet te mūdans virtus: q̄ non nisi a mundis cordibus videri potes: multo magis nec haberi. In homine autem vbi tēplum tam mūdū vt te suspiciat qui regis mūdum? Quis pōt facere mūdum de īmūdo cōceptū seīe: nōne tu qui solus es mundus? ab īmūdo enī quis mūdabitur? Nam ⁊ secūdum legē quā dedisti patribus nr̄is in igne cōburēti mōtem: ⁊ in nube tegente aquā tenebrosam: quicquid tet igerit īmundus: īmūdum erit. Oēs enīz nos quasi pānus menstruate de corrupta massa: ⁊ īmunda veniētes: maculā īmūdicie nostre quā celare saltem tibi qui omnia vides non possumus: ī frontibus enī portamus: q̄ mundi esse nō possumus: nisi tu mūdaueris qui solus es mūdus. Mūdas aūt de nobis filijs hominū: eos in q̄bus tibi cōplacuit habitare: quos ab īaccessabilibus profundis secretis iudiciorum īcomprehēsibilium sapiētie tue: semp̄ iustoꝝ licet occultoꝝ sine eoꝝ meritis p̄destinasti añ mundū: vocasti de mūdo: īmūdo iustificasti: ⁊ magnificas eos post mūdū: ñ oībus aūt hoc facis qd̄ admirant̄ oēs tabescētes sapientes terre: ⁊ ego dñe h̄ cōsiderās expauesco ⁊ obstupesco d̄ altitudīe diuitiaꝝ sapīe ⁊ scīe tue: ad quā ego nō ꝑtingo ⁊ īcōprehēsibilia iudicia iusticie tue: qm̄ ex eodē luto alia q̄dem vasa ī honorē: alia ī ꝯtumeliā sempit̄nā. Quos igit̄ tibi elegisti de multis in tēplū scīm̄ tuū ipsos mūdas: effūdēs sup̄ eos aquā mūdā: quoꝝ noīa numerū q̄ tu nosti: qui solus numeras multitudinē stellarū: ⁊ oībus eis noīa vocas q̄ etiā scripta sunt ī libro vite qui nequaq̄ perire possunt quibus omnia cooperantur in bonum etiam ipsa peccata Cum enī cadunt non colliduntur: q̄a tu supponis manum tuam custodiēs omnia ossa eorum vt vnum ex eis non conteratur. Attamen mors peccatorū pessima: illorum inq̄ quos anteq̄ faceres celum ⁊ terram secūdum abyssū multam iudiciorum tuorum occultoꝝ

sempꝫ iustoꝝ: prescisti ad mortez eter
nã: quoꝝ dinumeratio nominũ ⁊ meri
torũ prauoꝝ apd̄ te ē: qui numerũ are
ne maris dinumerasti: ⁊ dimēsus es ꝓ
fũdũ abyssi: quos reliq̄sti ĩ iudicijs: qui
bꝰ oĩa cooperant̄ in malũ: ⁊ ipsa etiam
oratio vertit̄ ĩ peccatũ: vt si etiã vsque
ad celos ascēdãt ⁊ caput eoꝝ nubes te
tigi: ⁊ inter sidera celi collocauerint ni
dũ suuz: q̄si sterquilliniũ ĩ finē ꝑdent̄.

De illis qui p̄us sũt iusti ⁊ postea
ĩpij efficiũtur: ⁊ ecõuerso. Ca. xxviiij

Magna enĩ sunt hec iudicia tua
dñe deꝰ: iudex iustus ⁊ fortis:
q̄ iudicas equitatē: ⁊ ĩscrutabi
lia facis ⁊ ꝓfunda: q̄ cũ cõsidero cõtre
miscũt oĩa ossa mea: qm̄ nõ securat̄ hõ
viuēs sup terrã: vt seruiamus tibi pie ⁊
caste cũctis diebus vite nostre ĩ timore
⁊ exultemꝰ tibi cũ tremore: vt nõ sit ser
uitiũ sine timore: neqꝫ gaudiũ sine trẽo
re: ⁊ nõ glorieť accinctus nisi vt discin
ctus: neqꝫ glorieť ante te oĩs caro: sed
pauescat ⁊ ꝯtremiscat a facie tua: cum
ignoret hõ vtrũ amore an odio dignus
sit: sed ĩ futurũ oĩa reseruant̄ incerta.
Uidimus enĩ de multis dñe ⁊ audiui
mus a patribꝰ nostris: qd̄ vtiqꝫ sine ma
gno tremore nõ recolo: sine multo tĩo
re nõ ꝯfiteor: ascēdisse primitus q̄ ē vsꝫ
O Dulcedo amoris z amor dulcedinis: comedat te vent⁹ meus z nectare tui amoris repleant viscera mea: z eructet mēs mea vbū bonū: charitas de⁹ me⁹ mel olce: lac nutrieū cib⁹ es grādium: fac me crescere in te: vt sano palato possis māducari a me. Tu es vita mea q̄ viuo: spes cui ibereo: gloria quā adipisci desidero: tu mihi cor te ne. Itellectū dirige: amorē erige: animū suspende: z supna fluēta os fluentis te spūs trabe. Taceat q̄so tumult⁹ carnis oticescāt phātasie trax z aq̄x aer⁹ z poli. Taceāt sōnia z imaginarie reuelationes ois lingua oē signū z q̄cq̄d trāseunte fit. Sileat sibi z ipa aīa z transeat se nō cogitādo se: sz te de⁹ me⁹ qui tu es rerum tota spes z fiducia mea. Est. n. ī te deo meo z dño iesu xpo dulcissimo et benignissimo atq̄ clemētissimo vnius cuiusq̄ nr̄m z portio z sanguis z caro Ubi q̄ portio mea regnat z regre me credo vbi sāguis me⁹ dñat z dñari me ofido vbi caro mea glificat glioriz me eē cogisco q̄nis pctō: siz de hac tñ cōtione gre nō diffido z si pcta mea ꝓhibēt substātia mea recrit si delicta propria me excludunt nature communio non repellit Uerbum incarnatū est cā spei nostre.

Non eiz tā inimicus ē dñs vt nō diligat carnē suā membra sua z viscera sua. Desperare vtiq̄

potuissem ꝓpter nimia peccata mea et vitia ⁊ culpas ⁊ infinitas negligentias meas q̄ egi: ⁊ quotidie indesinent̄ ago corde ore ⁊ ope: ⁊ oībus modis quibus humana fragilitas peccare pōt: nisi verbū tuū de⁹ caro fieret ⁊ habitaret in nobis: sed desp̄are iā nō audeo qm̄ subditus ille tibi vsq̄ ad mortē: mortē autē crucis tulit chirographū peccatoꝝ nostroꝝ ⁊ affigēs illud cruci peccatū crucifixit ⁊ mortē. In ipso aūt securius respiro qui sedet ad dexterā tuam: ⁊ iterpellat ꝓ nobis in ipso cōfisus ad te ꝑuenire desidero: ī quo iā resurrexim⁹ iam ī celū ꝯscendimus ⁊ in celestibus ꝯsidemus. Tibi laus: tibi gloria; tibi honor: tibi gratiaꝝ actio.

Quanto maior ē de deo meditatio tāto dulcior.

Piissime dñe q̄ sic nos amasti ⁊ saluasti: sic iustificasti: sic sublimasti piissime dñe q̄ dulcis ē memoria tua: q̄to magis ī te meditor tāto es mihi dulcior ⁊ amabilior. Iccirco delectant me valde bona tua puro mētis intuitu: ⁊ dulcissimo pij amoris affectu ī loco pegrinatōnis mee iuxta modulū meū: interī q̄diu his fragilib⁹ subsisto mēbris: mirā tuā dilectionem ⁊ pulchritudinē īdesinenter cupio desiderare ⁊ ꝯsiderare. Tue eniz charitatis vel dilectiōis iaculo vulnerat⁹ suz: tuo vehemēt̄ desiderio flagro: ad te ꝑueire cupio: te vider̄ d̄sidero. Iccirco sup̄ custodiā meā stabo ⁊ vigilātib⁹ ocul̄: psallā spū: psallā ⁊ mente: ⁊ totis virib⁹ meis: te factorē: te reformatorē meum collaudabo: polū penetrabo mente: ⁊ desiderio tecū ero: vt ī presenti quidē miseria solo corpore tenear: tecū aūt cogitatione ⁊ auiditate: atq̄ oī desiderio sim semp̄: quatenus ibi sit cor meuz: vbi tu es thesaurus desiderabilis ⁊ īcōparabilis multūq̄ amabilis. Sz ecce de⁹ me⁹ piissime ac misericordissime duz tue īmense bonitatis ⁊ pietatis gloriam ꝯsiderare volo: cor meū nō sufficit: excedit enī oēm sensuz humane mēt] tuū dec⁹ tua pulchritudo: tua virtus: tua gloria tua magnificentia: tua maiestas ⁊ tua charitas: sicut īestimabil̄ ē tue gl̄ie splēdor: ita īeffabilis ē eterne charitatis benignitas: qua illos quos de nihilo creasti adoptas ī filios ⁊ tibi ꝯiungis.

Desiderāde sunt ꝓ xp̄o tribulationes in hac vita.

Anima mea si quotidie opoeteret nos tormenta ꝑferre: si ipsā gehēnam lōgo tp̄e tolerare vt xp̄m ī gl̄ia sua videre possem⁹: ⁊ sanct] ei⁹ sociari: nōne dignū essz pati q̄cquid triste est: vt tāti boni tāteq̄ gl̄ie participes hēremur? Insidient̄ g̊ demōes: parēt suas tēptationes frāgāt corp⁹ ieiūia p̄māt carnē vestimēta: labores grauēt vigilie exiccēt clamet ī me iste. īquietet me ille vel ille: frig⁹ īcuruet: ꝯscia murmuret: calor vrat: caput doleat: pectus ardeat: īfletur stomach⁹: pallescat vultus: īfirmet̄ totū corpus: deficiat in dolore vita mea: ⁊ anni mei ī gemitib⁹: ingrediat̄ putredo in ossib⁹ meis ⁊ subter me scateat vt req̄escam in die tribulatōis ⁊ ascēdā ad ppl̄m accictū nostrū. Que enī erit iustoꝝ gloria? quā grādis scōꝝ letici a? cū vnaqueq̄ facies fulgebit sicut sol: cū ordinibus distīctis populū suū dñs ī regno patris sui ceperit recēsere: ⁊ meritis atq̄ opibus singulorū ꝓmissa p̄mia restituet: ꝓ terrenis celestia: ꝓ tp̄alibus sempiterna: ꝓ modicis magna. Reuera cumulus felicitatis erit cū dñs adducet scōs suos ī visione paterne gl̄ie: ⁊ faciet ī celestib⁹ cōside-

re vt si vetus oia in omnibus.

¶ Quō regnum celorū possit acquiri.

Felix iocunditas ⁊ iocunda felicitas sanctos videre ⁊ cū scīs eē ⁊ eē scūm deū videre ⁊ deuz habere in eternum ⁊ vltra. Hoc sedula mēte cogitemus: hoc toto desiderio desideremus: vt ad eos cito pueníre valeamus. Si queras quō istud pōt fieri: vel quib⁹ meritis quibusq; auxilijs. Audi res ista posita ē in potestate facientis: qñ regnū celoz viz patiē. Regnū celorū homo aliud nō querit p̄ciū nisi te i p̄ tantū enī valet quātū es: te da: ⁊ habebis illud. Quid turbaris de precio: xp̄s semetipsuz tradidit vt acquireret te regnū deo patri ita tu temetipsum da: vt sis regnū ei⁹ ac nō regnet pctm̄ i tuo mortali corpore: sz spūs in acq̄sitionem vite.

¶ Quid sit ⁊ qd b̄eat paradisus.

Anima mea reuertamur ad ciuitatē celestem i qua scripti sumus ⁊ ciues decreti. Sicut enī ciues scōz ⁊ domestici dei: ⁊ sicut heredes dei ⁊ coheredes xp̄i cōsideremus i clitā nostre vrbis felicitatē inq̄tū cōsiderare possibile ē. Dicam⁹ ergo cū propheta. O q̄ gloriosa dicta sūt de te ciuitas dei sicut letātiū oium habitatio est in te. Fundaris enī exultatiōe vniuerse terre: nō ē i te senectus: nec senectutis miseria: nō ē i te mancus: nec claudus: neq; gibbosus neq; deformis dum oēs occurrūt i virū perfectū: i mensura etatis plenitudinis christi. Quid hac vita beatius. Ubi nō ē pauptatis metus: nō egritudinis ibecillitas: ibi nemo ledit: nemo irascitur nemo inuidet cupiditas: nulla exardescit: nullū cibi desiderium: nulla bonoris ⁊ potestatis pulsat ābitio: nullus ibi diaboli metus: insidie demones nulle terroz gehēne p̄cul moz neq; corporis neq; anime: sed immortalitatis munere iocunda vita nulla erūt tunc mala nusq; discordia: sed cuncta consona: cūcta cōueniētia qz oium sanctoz vna erit cōcordia: pax cūcta ⁊ letitia cōtinet tranquilla sūt oia ⁊ quieta iugis splēdor: nō vt ē ille q̄ nūc ē sol: sz tāto clarior: q̄to felicior: qz ciuitas illa vt legit nō egebit sole neq; luna: sz dns omipotens illuminabit eā: ⁊ lucerna ei⁹ erit agnus. Ubi sci fulgebunt vt stelle i perpetuas eternitates: ⁊ sicut splendor firmamēti q̄ erudiūt multos. Quapro pter nox ibi nulla: nulle tenebre: cōcursus nubiū nullus: nec frigoris ardoris ue asperitas vlla: sed talis erit rerū tēperies quā nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec i cor hois ascēdit: nisi illoz qui ea pfrui digni iueniunt: quoz nomina scripta sūt i libro vite. Uex super hec oia ē cōsociari choris āgeloz ⁊ archangelorū atq; oium celestiū virtutū intueri patriarchas ⁊ prophetas: videre apostolos atq; oēs scōs: videre etiaz parētes nr̄os. Glorioſa sūt hec: sed multo glorioſius ē p̄sētē deū vultū cernere i circūscriptū lumē videre: superexcellens gloria erit cū deū videbimus i seipso videbim⁹ ⁊ habebim⁹ i nobis quē cernere finis non erit. ¶ Non valet homo deo vicem reddere nisi per amorem.

Anima insignis: dei imagine illustris: similitudinem hñs in se ex deo quo aio versabit semp ant stare cū eo aut redire si mota cū suis affectib⁹ imo defectib⁹ fuerit: Et nō solū hēt vñ respirare q̄at i spe venie ⁊ misericordie: sz ēt vt audeat aspirare ad nuptias: vbi erit cū deo inire fedus societatis atq; cuz rege angeloz ducere suaue iugū amoris. Hec oia facit amor si aia exhibeat se simile deo p̄ volūtatē cui si

milis est per naturam diligens sicut di
lecta est. Solus. n. ē amor ex oībus aīe
motib⁹: sēsib⁹ atq; affectibus ī quo p̄
ter creaturā ⁊ si non ex equo respōdet
auctori: vel de filī vita repēdere. Amor
vbi īuenit cecos oēs ī se traducit ⁊ ca
ptiuat affect⁹. Amor ꝑ se sufficit: per se
placet ⁊ ꝓpter se. Ipse meritū. ipse pre
miū: ipe causa: ipe fruct⁹: ipe vsus. Per
amorē enim cōiungit deo. Amor facit
vnū spm̄ ꝺ duob⁹. Amor facit idē velle
⁊ idē nolle. Amor facit prius mores cō
ponere: postmodū oīa que adsūt: tāq̄
nō adsint considerare. tertio vero loco
mūda cordis acie supna ⁊ īterna cōspi
cere. Per amorē p̄mū ī seculo bona ge
runt honesta postmodū: īhonesta secu
li despiciunt: ad extremū etiam dei inti
ma conspiciuntur. ¶ Quid in nobis
deus requirat sibi simile.

Deus pater ē charitas: de⁹ filius
charitas ē: spirit⁹ scūs amor pa
tris ⁊ filij ē: hec charitas ⁊ hec
charitas aliquid simile q̄rit ī nobis scili
cet charitatem qua veluti quadā affini
tate cōsāguinitatis ei sociemur ⁊ cōiū
gamur. Amor dignitatis reuerētiam ne
scit: sed q̄ amat per semetip̄m fiducialit̄
accedit: ⁊ nihil timēs nihil hesitās ꝑdit
qd̄ viuit q̄ nō diligit q̄ aūt diligit ocu
los suos sp̄ hz ad deū quē diligit: quem
desiderat: ī quo meditat ⁊ īpinguatur.
Iste talis sic deuot⁹ ita cātat: ita legit: ⁊
ī oīb⁹ opib⁹ suis sic ē ꝓuidus ⁊ circum
spectus quasi de⁹ adsit presens añ ocu
los eius: sicut reuera adest. Ita orat q̄si
sit assūptus ⁊ presētat⁹ añ faciē maiesta
tis ī excelso throno: vbi milia miliū mi
nistrāt ei: ⁊ decies cētena milia assistūt
ei. Animam quā visitat amor experge
facit dormiētē: mouet ⁊ mollit eam et
vulnerat cor ei⁹: tenebrosa illuminat:
clausa reserat: frigida inflāmat: mētem
asperā ⁊ irascibilē ⁊ īpatiētē mitigat: vi
tia fugat: carnales affect⁹ cōprimit: mo
res emēdat: reformat ⁊ īnouat spm̄ lu
brice etatis: mot⁹ actusq; leues coercet
Hec oīa facit amor cū presens ē: cū vo
abscesserit ita īcipit aīa iacere lāguida
ac si cacabo buliēti subtraxeris ignem.

¶ De cōfidentia anime amātis deum.

Magna res ē amor: quo aīa ꝑ se
metip̄am fiducialit̄ accedit ad
deū deo cōstāter īheret: deū fa
miliarit̄ ꝑcūtat: ꝯsultatq; de oī re. Aīa
q̄ amat deū nil aliꝺ pōt cogitare nil lo
qui: cetera cōtēnit: oīa fastidit. Quicq̄d
meditat q̄cq̄d loquit̄: amorē sapit: amo
rē redolet ita amor dei eā sibi vēdica
uit. Qui vult hr̄e notitiā dei amet. Fru
stra accedit ad legendū: ad meditādū:
ad p̄dicādū: ⁊ ad orādū qui non amat.
Amor dei amorē aīe perit: ⁊ eā ītēdere
sibi facit. Amat ꝺs vt amet: cū amat nil
aliud vult q̄ amari: sciens amore eē be
atos qui se amauerīt. Aīa amās eūctis
suis renūciat affectib⁹: ⁊ tota sibi incū
bit amori: vt possit respōdere amori in
redimēdo amore. Et cum se totā effude
rit ī amorē: q̄tū ē ad illud fōtis ꝑenne
ꝓfluuium nō pari vbertate currunt ⁊
amās aīa ⁊ deus creator ⁊ creatura: tñ
si ex toto se diligit: mihi deest vbi totuz
ē: nō timet aīa q̄ amat: pauet q̄ nō amat.
Aīa amās fert̄ votis: trahit̄ desiderijs:
dissimulat merita maiestati oc'los clau
dit: aperit volūtati: ponēs se ī salutari:
⁊ fiducialit̄ agēs ī eo. Amore aīa sece
dit ⁊ excedit a corporeis sensib⁹ vt sese
nō sentiat q̄ deum sentit. Hoc fit cum
mēs īeffabili dei illecta dulcedine: quo
dāmodo sese sibi furat̄: īmo rapit̄ atq;
elabit̄: a sapiētia vt deo fruat̄ ad iocū
ditatē. Nihil tā iocūdū nisi eēt tā modi

eum. Amor dat familiaritatē dei: familiaritas ausū: ausus gustū: gust⁹ famē. Alia quā tāgit amor dei nihil aliud pōt cogitare nil desiderare: sed frequenter suspirat dicēs: sicut ceru⁹ desiderat ad fontes aquax ita desiderat aia mea ad te deus meus.

¶ Quid fecit deus propter hominem.

Deus amore venit ad hoīes: venit ī hoīes: fact⁹ ē hō. Amore ōs inuisibilis seruis suis fact⁹ ē similis. Amore vulnerat⁹ ē ꝓpter dei icta nostra: tuta ⁊ firma requies ē infirmis ⁊ peccatorib⁹ ī vulneribus saluatoris. Securus illic habito: patent mihi viscera per vulnera: dcōd ex me mihi deest vsurpo mihi ex visceribus oīm mei: qm̄ misericordia affluūt: nec desūt fomina ꝑ q̄ affluant. Per fomamina corporis patent mihi archana cordis p magnum pietatis sacramentum patēt mihi viscera misericordie dei nostri ī quibus visitauit nos oriens ex alto. Vulnera iesu christi plena sūt misericordia: plena pietate: plena dulcedine ⁊ charitate Foderūt man⁹ eius ⁊ pedes ei⁹: ⁊ lat⁹ lancea pforauerūt: per has rimas licet mihi gustare q̄ suauis ē ōs meus: q̄ re uera suauis ⁊ mitis ⁊ multe misericordie ē oībus eū inuocantib⁹ ī veritate: oīb⁹ inquirentibus ⁊ maxime diligentibus. Copiosa redemptio data est nobis in vulnerib⁹ iesu christi saluatoris nostri. Magna multitudo dulcedinis plenitudo gratie ⁊ perfectio virtutum. ¶ De recordatiōe vulnerū iesu xp̄i oīm nr̄i.

Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio recurro ad vulnera xp̄i. Cuz me p̄mit caro mea: recordatiōe vulnex oīm mei resurgo. Cuz diabolus mihi parat insidias: fugio ad viscera misericordie oīm mei: ⁊ recedit a me

Si ardor libidinis moueat mēbra mea recordatione vulnerum oīm nostri filij dei extīguitur. In oībus aduersitatib⁹ non inueni tā efficax remedium q̄ vulnera xp̄i. In illis dormio securus: ⁊ requiesco intrepidus. Christus mortuus est pro nobis. Nihil tam ad mortez qō morte christi nō sanet. Tota spes mea in morte domini mei. Mors eius meritum meum: refugium meū salus mea ⁊ resurrectio mea: meritum meum miseratio domini. Non sum meriti iops q̄ diu ille miserationū oblitus non fuerit. Et si misericordie domini multe: multus ego sum in meritis. Quanto ille potentior est ad saluandum: tanto ego securior. ¶ Recordatio vulnerum christi est efficax remedium contra omnes aduersitates.

Pecca uī peccatū grande ⁊ multorum sum mihi conscius delictorum: nec sic despero: quoniā vbi abundauerunt delicta superabundauit ⁊ gratia. Qui de venia peccatorū suorum desperat: negat deum esse misericordem. Magnam⁹ iniuriam deo facit qui de ei⁹ misericordia diffidit. Quātum in se est negat deum habere charitatem: veritatez ⁊ potestatem: in quib⁹ tota spes mea consistit: scilicet in charitate adoptionis: in veritate promissionis ⁊ in potestate redemptionis. Murmuret tam q̄tū voluerit insipiens cogitatio mea dicens. Quis enī es tu aut q̄ta gloria illa quibusue meritis illam obtinere speras? Et ego fiducialiter respondebo. Scio cui credidi quia ī charitate nimia adoptauit me ī filiū: qi verax ē ī promissione: potēs ex inhibitiōe ⁊ licet ei facere quod vult. Nō possunt terreri multitudine peccatorum si mors oīm ī mētē meā venerit: quoniam pec/

cata mea illum vincere non possunt. Claui & lancea clamãt mihi q̃ vere reconciliatus sũ christo si eum amauero. Longinus apperuit mihi latus xp̃i lãcea: & ego ĩtraui & ibi requiesco secur⁹. Qui timet nõ amat: q̃m charitas foras mittit timorẽ. Nullũ tã potens ẽ & taz efficax cõtra ardorẽ libidinis medicamẽtũ: q̃z mors redẽptoris nostri. Extẽdit brachia sua ĩ cruce & extẽdit manus suas paratas ĩ amplexus peccatoz. Inter brachia saluatoris mei & viuere volo & mori cupio. Ibi securus decantabo. Exaltabo te oñe quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Saluator noster caput iclinauit ĩ morte: vt oscula daret suis dilectis. Totiẽs deũ & osculamur quotiẽs ĩ eũ amore compungimur.

¶ Meditatio anime ad amorem xp̃i.

Anima mea insignita dei imagine: redẽpta xp̃i sanguine: desponsata fide: dotata spiritu ornata virtutib⁹ deputata cũ angelis: dilige illum a quo tãtũ dilecta es. Intẽde illi qui ĩtẽdit tibi: quere querẽtẽ te: ama amatorẽ tuũ a quo amaris: cuius amore p̃uenta es qui est causa amoris tui. Ipse ẽ meritũ ipse premiũ: ipse fructus ipse vsus: ipse finis. Esto sollicita cũ sollicito: & cũ vacante vacãs: cũ mũdo mũda: cũ sancto sancta. Qualẽ te p̃parare ueris dõ: talis oportet appareat tibi deus. Suauis & mitis & multe misericordie suaues mites dulces humiles & miseri cordes requirit: ama illũ qui eduxit te de lacu miserie & de luto fecis: elige illũ amicũ tuũ p̃e oĩbus amicis tuis: qui cũ oĩa subtracta fuerint solus tibi fidẽ seruabit ĩ die sep̃ulture tue cũ oẽs amici tui recedẽt a te: ille te nõ relinquit: sed tue biẽ a rugiẽtib⁹ p̃paratis ad escã: & cõducet te per ignotã regionẽ: atq; p̃ducet ad plateas superne syon: & ibi collocabit te cũ angelis ante faciem maiestatis sue: vbi audies illud angelicũ melos scũs scũs scũs &c. Ibi ẽ canticũ letitie: vox exultatiõis & saluris gratiaz actio & vox laudis atq; alleluia ĩ p̃petuũ: vbi ẽ cumulus felicitatis supeminẽs gloria superabundãs letitia & oĩa bona. O aĩa mea suspira ardẽter: desidera vehemẽter: vt possis puenire ĩ illã supnã ciuitatẽ de qua tã glorioſa dicta sũt in qua letantiũ omnium habitatio ẽ in te: amore potes ascẽdere: amanti nihil ẽ difficile nihil ipossibile: aĩa que amat ascẽdit frequẽter & currit familiariter p̃ plateas celestis hierusalẽ: visitãdo illos patriarchas & p̃phetas salutando aposto los: admirãdo exercit⁹ martyz & confessorũ: chorosq; virginũ speculãdo. Celũ & terra & oĩa q̃ ĩ eis sũt nõ cessant mihi dicere: vt amem deum meũ. ¶ Nihil põt aĩe sufficere: p̃ter sũmũ bonum.

O Dor humanũ ĩ desiderio eternitatis nõ fixuz: nũq; stabile põt esse sed omni volubilitate volubili⁹ de alio ĩ aliud trãsit querẽs requiẽ vbi non est. In his aũt caducis & trãsitoriis ĩ quib⁹ eius affectus captiu⁹ tenet verã requiẽ inuenire nõ valet: q̃m tãte ẽ dignitatis vt nullũ bonũ p̃ter sũmũ bonũ ei sufficere possit. Tãte ẽ. libertatis vt ĩ aliq̃ vitiũ cogi nõ possit p̃pterea vnicuiq; p̃pria voluntas ẽ cãsue dãnationis vel saluatiõis: & ideo nihil ditius bona volũtate deo offertur Bona volũtas deũ ad nos deducit: et nos ĩ eũ dirigit. Per bonã volũtatem deũ diligimus deũ eligimus ad deum currimus: ad deũ puenim⁹ & eũ possidemus. O bona voluntas p̃ quã ad dei similitudinem reformamur: & ei simile

efficimur. Ita amabilis ē deo bona vo
lūtas vt ipse ī corde hītare nō velit ī q°
bona volūtas nō fuerit. Bona volūtas
illi⁹ sūme maiestatis trinitatē ad se īcli
nat. Sapiētia nāq; ad cognitionē veri
tatis illā illuminat: charitas ad deside
riū bonitatis īflāmat paternitas ī ea cu
stodit q̄ creauit ne pereat.

Quid sit cognitio veritatis.

Quid ē cognitio veritatis? p̄mo
cognoscere teip̄m ⁊ q̄d esse de
bes eē studeas: qd̄ aūt corrigē
dū ē corrigas. Deīde cognoscere ⁊ ama
re creatorē tuū: hoc enī ē totū hominis
bonū. Uide ergo q̄ ineffabilis ē diuine
charitatis erga nos dilectio. De nihilo
autē nos creauit: ⁊ quicquid habemus
donauit: sed q̄ plus dileximus datū q̄
datorē: creaturā q̄ creatorē: cecidim⁹
ī laqueū diaboli: ⁊ facti sumus ei⁹ serui.
Deus vero misericordia motus misit fi
liū suū: qui nos redimeret: misit etiam
spūm scūm ī priuilegiū amoris: se deni
q; totū seruat hereditatē adoptionis.
Ita deus vt piissimus ⁊ misericordissi
mus pre desiderio vel amore hominis
nō solū sua ver̄ etiā ⁊ seipsum impen
dit: vt hominē recuperaret nō tā sibi q̄
homini ipsi. Ut hoīes ex deo nascerent̄
primo ex ipsis natus ē deus. Quis ē taz
durus quem non emolliat amor dei?
Sic hoīem preueniens tāq̄ inq̄ vehe
mens amor q̄ hō p̄p hoīem dignatus
ē fieri. Quis pōt odire hoīem cui⁹ natu
rā ⁊ similitudinē videt ī hūanitate d̄i?
Reuera q̄ odit illū odit deū: ⁊ ita p̄dit
q̄cq̄d facit. De⁹ nāq; ꝓpter hoīem fcūs
ē hō vt eēt redēptor q̄ ē ⁊ creator: vt de
suo redimeret̄ homo: ⁊ vt familiari⁹ di
ligeret̄ ab hoīe d̄s ī similitudinē hoīs
apparuit: ⁊ vterq; sensus hoīs ī ipso btī
ficaret̄ ⁊ reficeret̄ oculus cordis ei⁹ di
uinitate: ⁊ oculus corporis ei⁹ humani
tate vt siue īgrediēs siue egrediēs ī ip̄o
pascua īueniret vita fcā vel condita ab
ipso.

Quid in nobis operetur mis
sio spiritus sancti.

Saluator nāq; noster natus est
nobis: crucifixus ⁊ mortuus ē
pro nobis vt morte sua mortē
nostrā destrueret: ⁊ quia botrus carnis
portatus fuerat ad torcular crucis ⁊ ex
pressiōe facta fluere ceperat mysterium
diuinitatis: missus ē spūs scūs quo va
sa cordiū p̄pararēt̄ et vinū nouū ī vtres
nouos poneret̄: p̄mū vt corda mūda
rent̄: ne īfusū pollueret̄: ⁊ postea liga
ret̄ ne īfusū amitteret̄. Mūdarētur aūt
gaudio iniquitatis: ligarēt̄ cōtra gau
diū vanitatis. Nō.n. q̄ bonū est venire
potuit: nisi prius recederet q̄ malum ē.
Gaudium iniquitatis posuit: ⁊ gaudiū
vanitatis effudit. Gaudiū iniq̄tatis red
dit vas sordidū: ⁊ gaudiū vanitatis facit
ruinosū. Gaudiū iniq̄tatis ē cū pctm̄ di
ligit̄: ⁊ gaudiū vanitatis ē cū trāsitoria
amāt̄. Eijce ergo qd̄ malū est vt q̄ bo
nū ē p̄cipe possis. Effūde amaritudinē
vt dulcedine īpleri possis. Spūs sāctus
gaudium ē amor. Eijce spiritum diabo
li ⁊ spūm mundi huius vt accipias spi
ritum dei. Spūs diaboli op̄at̄ gaudiuz
iniq̄tatis: ⁊ spūs mundi gaudium vani
tatis: ⁊ hec gaudia multa sunt: quoniā
aliud habet culpā: aliud occasionē cul
pe. Ueniet aūt spiritus dei cū eiecti fue
rint spiritus mali: ⁊ intrabit tabernacu
lum cordis ⁊ operabitur gaudium bo
num ⁊ amorem bonuz: quo expellitur
amor mundi ⁊ amor peccati. Amor mū
di allicit ⁊ decipit. Amor peccati pollu
it ⁊ ad mortem conducit. Amor dei mē
tē illuminat: cōsciētiā mōdat: animam
letificat: ⁊ deum demonstrat.

De operatione eius qui diligit deū.

In quo amor dei est semp cogitat qñ ad deū puenīat: qñ mūdū derelinquat: qñ carnis corruptiōem euadat: vt verā pacem īueniat: semp habet cor suum z desiderium īsuperna elevatū quādo sedet: qñ ābulat: qñ reficit: vel qñ aliquid agit: cor a deo nō recedit: oēs ad amorē dei exhortat: oēs ad amorez dei cōmendat: z q̄z dulcis sit dei amor: z q̄z malus z q̄z amar⁹ sit amor secul: corde: ore z opere oīb⁹ demōstrat. Deridet huius seculi gloriam: arguit sollicitudinē: z q̄z stultum sit ī his q̄ trāseūt fiduciā bre ostendit. Mirat cecitatē hoīz q̄ hec diligūt Mirat etiā z quomodo vniersa hec trāsitoria z caduca oēs nō dereliquūt Omnibus extimat dulce qđ sibi sapit: oībus placere qđ diligit: oībus quidez eē manifestū qđ cognoscit. Frequentē deum suū cōtēplat z eius cōtemplatione suauiter reficitur: tanto felicius quāto frequēti⁹. Dulce ē semp ad considerandū q̄z amādū z laudādū semp suaue est.

De vera cordis requie.

Si enim vera hec ē vera cordis requies cū se totū ī amorē dei p desideriū figit. Nec q̄q̄z aliō appetit: sz in eo qđ tenet felici quadam dulcedine delectat: delectādo iocūdatur. Si vero vlla aliqua cogitatiōe vel rez occupatiōe ide aliquantulū abstractum fuerit: sūma cū festinatione: illuc redire festinat exilium reputās alibi q̄z ibi morā facere. Nam sicut ibi nullū est momentum quo bō non fruat vel vtat pietate diuina: sic nullum debz eē momētū quo eū p̄sētē nō habeat ī memoria. Idcirco nō breui crimine tenetur astrict⁹ q̄s ī celo cū dō loquit z subito astrahit ab ei⁹ conspectu q̄si ab oculis non videntis nec audientis: hoc autez fit quando cogitationes suas malas sequitur z iportunas z aliquā vilissimaz creaturā ad quā mentis intuitus facile distrahitur: z prefert illam: videlicet in cogitatione: sepius reuoluendo vel cogitando q̄z deum: quē assidue deberet recolere creatorē: adorare salvatorem expectare iudicem. Quicquid mentis aspectum ab eo retrahit omnino fugiendum est atq̄ exercrandum.

Quisquis amas mundū tibi p̄spice quo sit eundū. Dec via q̄ vadis via pessima plenaq̄ cladis. Fuge ergō o bō paululum occupationes tuas: z abscōde modicū a tumultuosis cogitationibus tuis. Abiice nūc onerosas curas: postpone laboriosas dissensiones: vaca aliquantulum deo z requiesce in eo: intra in cubiculū mētis tue exclude omnia p̄ter deuz z que valent ad querenduz eū: z clauso ostio q̄re eū. Dicat nūc totū cor tuū ōō. Quero vultū tuū: vultū tuū dñe requiro. Eya nūc ergo dñe ōs meus tu doce cor meū vbi z quomodo te requirat: vbi z quō te iueniat. Dñe si hic nō es vbi te querā absētē? Si aūt vbiq̄z es cur te nō video p̄sentem? Sz certe habitas lucem īaccessibilē. Sz quō ascēdā ad lucē iaccessibilē. Aut q̄s me ōducz z iducz ī illā vt videā te ī illa. Deinde q̄b⁹ signis: q̄ facie te q̄rā. Nūq̄z te vidi dñe nūq̄z noui faciē tuā. Quid faciet altissime dñe: qđ faciet iste longinquus exul tu⁹. Quid faciet seru⁹ tu⁹ anxius amore tui? En lōge p̄iect⁹ a facie tue. En anhelat videre te et nimis illa abest facies tua. Accedere ad te desiderat z īaccessibilis ē habitatio tua: inuenire te cupit z nescit locuz tuum. Querere te affectat z ignorat vultum tuum. Visio dei perdita pro

pter peccatum ⁊ miseria inuenta est.

O Domine ds meus es tu ⁊ nūq̄ vidi te: tu me fecisti ⁊ refecisti ⁊ oīa bona tua mihi cōtulisti. Nōdū vidi te neq̄ noui. Denicq̄ ad videndū factꝰ sum. O virus ac durus casus ille. Heu mihi quid perdidi ⁊ quid inueni? Quid absceſſit ⁊ q̄d remansit. Perdidi beatitudinē ad quā factus sū: ⁊ inueni miseriā ad quā factus nō sum. Manducabat tūc homo panē angelorum quo nunc esurit: māducat nūc panē doloꝝ quē tūc nesciebat. O tu dñe vsquequo obliuiscēris i finē: vsquequo auertis faciē tuā a nobis? Inuita nos adiuua nos: obsecro dñe: amaricat est cor meū. Quando respicies ⁊ exaudies nos? Quando humiliabis oculos nostros ⁊ oñdes nobis faciē tuā? Quādo restituēs te nobis. Respice dñe ⁊ exaudi ⁊ illūa nos: ⁊ oñde nobis teip̄z restituē te nobis: vt bñ sit nobis: sine q° tā male ē nobis. Inuita nos adiuua nos obsecro dñe amaricatū ē cor meum ⁊ sua desolatione: in dulcora illud tua consolatione Obsecro dñe. Esuriēs cepi querere te: ne desinā i pastus a te. Famelicus accessi: ne recedā i pastus. Pauper ad diuitē: miser ad misericordē ne recedā vacuus ⁊ cōtēpt°. Dñe icuruatus sū ⁊ nō possū nisi deorsū aspicere. Erige me vt possim sursum videre vel intendere: iniquitates mee supergresse sūt caput meum: obuoluerunt me: ⁊ sicut onus graue grauant me. Euolue me ⁊ exonera me: ne vrgeat sup me puteus os suum. Doce me querere te ⁊ ostende te querēti te: quia nec querere te possū nisi doceas tu: nec inueuire nisi te ostendas. Queram te desiderando: desiderem te querendo amē inueniendo.

De bonitate dei.

Ateor domine et gratias ago quia creasti in me hanc imaginem tuam: vt tui memor te cogitem: te amez: ⁊ sicut est abolita corruptione vitiorum: sic est offuscata fumo peccatorum: vt non possit facere ad qō facta ē nisi tu renoues eaz. Ergo domine qui das fidei intellectum: da mihi vt quantum scis expedire intelligam: q: potes sicut credim° te esse aliquid quo nihil maius excogitari possit. Quid ergo es domine deus: quo nihil maiꝰ excogitari possit: nisi id quod sūmum omnium solum existens per seipsum: omnia alia fecit ex nihilo? Quod ergo bonum deest summo bono: per quod omne bonum? Tu itaq̄ es iustꝰ verax: beatus ⁊ quicquid aliud est melioꝰ esse quaz non esse. Uer malis quomodo parcis si es totus summe iustus? An quia bonitas tua ē icōprehēsibilis? Latet hoc i luce inaccessibili quā inhabitas. Uere i altissimo ⁊ secretissimo bonitatis tue profundo latet fons vnde maneat fluuius misericordie tue. Nam cum totus ⁊ summe iustus sis: tamen iccirco etiam malis benignus es: quia totus ⁊ sūme bonus es. Minus nūq̄ bonus esses si nulli malo esses benignus. Melior est enim qui ⁊ bonis simul ⁊ malis bonus est q̄ qui bonis tantum bonus ē: ⁊ meliorem qui malis ⁊ parcendo ⁊ puniēdo bonus est: q̄ qui puniendo tantuz. Ideo ergo misericors es quia totus et summe bonus es.

De delectabili fruitione dei.

Imensa bonitas q̄ oium intellectuz excedis. Ueniat sup me misericordia illa q̄ ō tāta opulētia p̄cedit: ifluat i me qō p̄cedit de te. Parce p clemētiā: ne vlciscaris per iusticiam. Excita te nunc aīa mea: ⁊ erige

totū intellectū tuum: ꝛ cogita quantū potes: q̄le ꝛ quantū sit illud bonū q̄ dē ē. Si eīz singula bona delectabilia sunt cogita ī te q̄ dlectabile sit illō q̄ obtinet iocūditatē oīum bonoꝝ: ꝛ nō q̄le in reb⁹ creatis sumus expti: sed tanto differenť: quāto differt a creatura creatoꝛ. Si eīz ē bona vita creata: q̄ bona ē vita creatrix? Si iocūda est salus facta q̄ iocūda ē salus q̄ fecit oēm salutem? Si amabilis ē sapīa in cogitatōe vl cognitiōe reꝝ cognitaꝝ: q̄ amabilis est sapiētia q̄ oīa fecit ꝛ odidit ex nihilo? De nicq̄ si multe ꝛ magne sūt delectatiōes ī reb⁹ delectabilib⁹: q̄lis ꝛ quāta ē delectatio ī eo q̄ ipa delectabilia fēc? O q̄ h̄ bono fruet: q̄d illi erit? Et q̄d illi ñ erit. Certe q̄cq̄d voluerit illi erit: ꝛ q̄cq̄d noluerit nō erit. Ibi q̄ppe illi erūt bōa coꝛporis ꝛ aīe: q̄lia q̄ nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec ī coꝛ hoīs ascendit.

¶ Summū bonū appetendū ē.

OUr g̃ p multa vagaris homuncio q̄rēdo bona aīe tue ꝛ coꝛporis tui. Ama vnū bonum in quo sūt oīa bona ꝛ sufficit. Desidera simplex bonū q̄ est oē bonū ꝛ satꝫ ē. quid enī amas caro mea? q̄d desideras aīa mea? Ibi ē q̄cq̄d amas: q̄cq̄d desideras? Si delectat pulchritudo: fulgebunt iusti sicut sol. Si velocitas aut fortitudo aut velocitas? coꝛporis? tui: ibi nil obsistere poterit: erūtq̄ sīles angel⁹ dei: q: seīatur coꝛp⁹ aīale: surget coꝛp⁹ spūale: ptā te itaq̄ nō natura. Si lōga aut salubꝛis vita ibi erit sana eternitas ꝛ eterna sanitas q: iusti ī ꝑpetuū viuēt ꝛ salus iustoꝝ a dño. Si satietas satiabūtur cuꝝ apparuerit glia dñi. Si dbietas iebriabūtur ab vbertate dom⁹ dei. Si melodia. Ibi āgeli dcinūt sine fine deo. Si q̄libz nō īmūda ſz munda voluptas: tozrēte voluptat? sue potabit eos dñs. Si sapientia ipa dei sapīa oñdet eis seipsam sapiētiā. Si amicitia: diligēt deū plusq̄z se ipsos: q: illi ꝛ illū ꝛ se īnicē p illū ꝛ ille se ꝛ illos p seipz. Si dcozdia: oībus illis vna ē volūtas: q: nulla illis ē nisi dī volūtas. Si ptās: oīpotētes erūt sue volūtat? vt dē sue. Nā sīc dē poterit q̄ volz p seipz: ita poterūt illi q̄ volēt p illum q: sicut illi nō aliud volēt q̄ ille volet: ita ille volet q̄cq̄d illi volēt: ꝛ q̄d illevolet nō poterit ñ eē. Si bonoꝝ ꝛ diuitie. Deꝰ suos suos bonos ꝛ fideles supra multa bona dstituet. Immo filij dei et dij vocabūt̄ ꝛ erūt heredes q̄dē dei: coheredes aūt xp̃i. Si vā securitas. Certe ita certi erūt vnq̄ nullaten⁹ illō bonū sibi de futurū: sicut certi erūt se nō sua spōte illud amissuros: nec dilectionem dñi illud dilectozib⁹ suis iuit? ablatuꝝ nec aliq̄d deo potēti⁹ deū ꝛ illos separaturū. Gaudiū vo q̄le quātūue: vbi tale ac tantū bonū ē?

¶ De mutua charitate scōꝝ in celis.

OOꝝ humanū: coꝛ idigēs coꝛ erptū erūnas ꝛ mirabiliter obtu mirabis: quātū gauderes si in his oīb⁹ abūdares: iterroga vlaia ītima tua si capere possent gaudiū suū de tanta bītudīe sua: ſz certe si q̄s alī⁹ quē oīo sicut teipz amares: eā dē bītudinē hēret duplicaret? gaudiū tuū: q: nō min⁹ gauderes p eo q̄ p teipo. Si vo duo vl tres vel multo plēs idipz hērēt: tātūdē p singulis q̄tūdē p teipo gauderes si singulos sīc teipz amares. Ergo erit ī illa pfecta hierlm mirabiliū bonoꝝ āgelozū ꝛ hoīuꝝ: vbi nullus diliget aliū min⁹ q̄ se ipz. Nō. n. alr gaudebit vnusq̄sq̄ p singul⁹ alijs q̄ p seipo: si g̃ coꝛ hoīs de tanto bono suo vir gaudiū suū capiet: quō capax erit tot ꝛ tātoꝝ gaudioꝝ: ꝛ vtiq̄

qm̃ tãtuz q̃sqz diligit aliquẽ quãtuz de bono ei⁹ gaudet. Sz fiẽ i illa btã felicitate vnuscqz sine opatione plus amabit deũ q̃z se: z oẽs alios secũ: ita plus gaudebit absqz exitiatõe de felicitate ꝺi q̃z de ista z oĩuz alioꝝ secũ. Sed si deũ sic diligẽt toto corde tota mẽte tota aĩa: vt tĩ totũ cor: rõ: mẽs: cop⁹: aĩa: nõ sufficiat dignitati dilectõis. pfecto sic gaudebũt toto corde: cor: pore: mẽte: rõne: aĩa: vt nõ sufficiat plenitudo gaudij.

De pleno gaudio vite eterne.

Deus me⁹ z dñs me⁹: spes mea: gaudiũ cordis mei: dic aĩe mee si ℞ ẽ gaudiũ de quo nobis p filiũ tuũ dicis. Petite z accipietis vt gaudiũ vr̃m sit plenũ. Intueni nãqz gaudiũ plenũ z plusq̃z plenũ: plenũ q̃ppe corõ plena mẽte: plena aĩa: pleno toto hoĩe: gaudio illo supra modũ sp erit gaudiũ Nõ g̃ totũ illud gaudiuz ĩtrabit ĩ gaudẽtes: sz tori gaudẽtes ĩtrabũt ĩ gaudiũ dñi sui. Dic dñe dic tuo tuo int⁹ i corõ meo si ℞ ẽ gaudiũ i qõ ĩtrabũt sci tui: q̃ ĩtrabũt in gaudiũ dñi sui. Sz certe gaudiũ illud quo gaudebũt vel ĩtrabũt electi tui nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec i cor hoĩs ascẽdit. nõdũ g̃ cogitauit aut dixit quãtũ gaudebũt electi tui Uniqz tñ gaudebũt quãtũ amabũt: tñ amabũt quãtũ cog̃scẽt. Oro te ꝺs me⁹ vt cognoscã te: amẽ te: vt gaudeaz de te: z si nõ possuz in hac vita ad plenuz: vel pficiã de die in diẽ: vsqz dũ veĩat illud plenũ. Proficiat i me ℞ notitia tua vt ibi fiat plena: crescat i me hic amor tu⁹ vt ibi sit plen⁹: vt ibi gaudiũ meũ sit plenũ. Meditet interi i te mẽs mea: lo quat iñ lingua mea: amet illõ cor meũ sermocinet os meũ: esuriat illõ anima mea: sitiat illud caro mea: desideret illõ ientio tota substãtie mee: donec intrẽ ũ gaudium ꝺomini mei.

Manuales de vbo dei Diui Augustini epi Hipponensis finis.

Tabula capitũ i enchiridion ꝺi ui Augustini epi Hipponensis z doctoris eminẽtissimi.

Qõ hoĩs sapia pietas. i. dei cult⁹ breuiter i Job scõ dicat. Capi'm. j

Quonãmõ sit colẽdus deus. ca. ij.

Qualẽ sibi libũ fieri voluerit: vel q̃ vt cõtineret poposcerit. Capi. iij.

De initio fidei z pfectõe spẽi: z q⁹ xp̃s sit ppriũ fidei catholice fundamẽtũ: qõ apud hereticos noieren⁹ inuenit. ca. iiij.

Qõ sit enchiridion qõ sibi fieri velit: z q̃z laboziosuz sit õ fidez spem charitatẽ sentiẽtibus rñdere. cap. v.

Qõ simbolũ z dñica oratio fidem in se z spẽ z charitatẽ otineant. cap. vj.

Qualr fides spes z charitas sine se inuicẽ eẽ non possit: q̃zuis i q̃busdã differant. cap. vij.

Qõ credulitas fidei xp̃iãe ñ i nãis rerũ sz i creatoris bonitate ofistat. .viij.

Qualia bona sint q̃ a summa trinitate creata sunt. .ix.

Qualiter de⁹ mala ordinet z que sit diffinitio mali. .x.

Bona eẽ oẽs naturas a sũmo bono factas: q̃busq̃z ex causis z q̃lr corrupto noceat intimat. .xj.

Qõ nullũ possit eẽ malũ si nullus sit bonũ: z q⁹ ℞ assertio ppbetice sñie non sit contraria. .xij.

Qõ i bonis ac malis sibimet õtrijs ꝺi alectuor regla deficiat: z q̃d sit corruptio: z q⁹ ex bonis mala orta sit. xiij.

Qũo nõ sit õtrarũ dñice sñie: q̃ dic: nõ põt arbor bona fructꝰ malos facẽ q̃ũ dicunt mala ex bonis eẽ orta. .xiiij.

Nõ ptinere ad b.iudinẽ oẽs q̃dam

scire cãs corporalium ĩ mundo motio
num. xv.
Disputatõ q̃l'r error caueri possit xvi
Utꝝ ad offm̃ hoĩs iusti sit alñ mẽtiri
Quib⁹ ĩ reb⁹ fallamur. xviij. xvii.
An pctã dicẽda sint quũ q̃s de malo
hoĩe bñ sentit vel v̄isil'ib⁹ fallit̃. xix.
Quib⁹ ĩ reb⁹ errãtes ñ peccem⁹ q̃uis
ad h⁹ vite misias error ꝑtineat. xx.
Qũo sit pctm̃ oẽ mẽdaciũ: vl' q̃l'r ẽt
illi licet venialit̃ peccẽt: q̃ nõ nisi ꝓ salu
te hoĩuꝫ mẽtiuntur. xxi.
Que sit cãe bõaꝝ reꝝ ⁊ q̃ malaꝝ. xxij.
Qđ sit creature rõnabilis malũ: vel q̃
hec mala sequuta sunt. xxiii.
Qđ ĩ suis malis rõnalis nã btitudis
apetitũ nõ amisit: ⁊ q̃ hõ hẽat penã ꝓ
priaꝫ corporis mortez. xxiiii.
Qđ pctm̃ adaꝫ originalit̃ ĩ posteris
trãsierit. xxv.
Qualit̃ hũani generis massa ex đi ira
iacebat ĩ malis luẽs cũ desꝛtorib⁹ ãgelis
iustissimas pẽas manẽte ĩ eis bonitate
creatoris. xxvi.
Qđ q̃busdã ãgelis cadẽtib⁹ ꝑ supbiã
residui certissimã ꝑpetue btitudis sta-
bilitatem acceperũt. xxvii.
Qđ numerus bonoꝝ ãgeloꝝ q̃ dimi
nut⁹ ẽ p⁹ ruinã maloꝝ ex hoĩb⁹ supple-
at̃: ⁊ q̃ hic nũer⁹ đo sit not⁹. xxviii.
Qđ nõ ꝓp̃is meritꝭ nec ꝑ liberũ arbi
triũ: sꝫ ꝑ filiũ dei liberari possit gen⁹ hu
manum. xxix.
Qđ ẽt fidẽ: a qua bona opa ĩcipiunt
gratia tribuat. xxx.
Qđ đs opat̃ ĩ nobis ⁊ velle ⁊ ꝑficẽ sic̃
apl's p̃dicat ⁊ oĩs dĩna scriptura. xxxi.
Qđ iusta dãnatõne sub ira dei tene-
bat̃ gen⁹ hnmanũ: donec veniret medi
ator q̃ nos ab ea liberaret. xxxii.
De admirabili sacr̃o mediatorꝭ. xxxiii.
De duab⁹ naturꝭ ĩ vna dei filii ꝑsona
ꝯsistentibus. xxxiiii
Qđ euidẽs ĩdiciũ sit abũdãtꝭ gr̃e dei
q̃ ĩ hoĩe xp̃o hũana nã ꝓmeruit. xxxv.
Qđ gr̃a demõstrat̃ ĩ h̃ q̃ de spũ scõ
natus dicitur. xxxvi.
Qđ q̃uis ñ sit ꝯseq̃ns p̃rez hoĩs xp̃i
dic spũs scũs: mod⁹ tñ ip̃e q° de illo et
maria v̄gĩe nat⁹ ẽ sit ĩexplicabil'. xxxvii
Exẽpla q̃b⁹ oñdit̃ nõ sꝑ dici filiũ: q̃c
q̃d de re aliqua nascit̃: ⁊ dici filium de
quo nascitur. xxxviii.
Modus significãs xp̃ꝫ iesuꝫ de spũ
scõ ita natũ vt ĩsinuet gr̃aꝫ q̃ ei⁹ huma-
nitas nullis p̃cedẽtib⁹ meritis ĩ ip̃a ꝯce
ptione deo copulata ẽ. xxxix.
Qũo xp̃s nec origĩale nec ꝓp̃um hñs
pctm̃ fcũs sit ꝓ nobis ip̃e pctm̃. xl.
Qđ mors ⁊ resurrectio xp̃i sacr̃m ba
ptismi significat. xli.
Quod generaliter oĩ etati necessari
um sit xp̃i baptismum. xlii.
Qũo plerũq̃ maiores singularit̃ mo
ri pctõ dñr in baptismo quũ habeãt ꝓ
pria plura peccata: ecõtrario paruuli ĩ
remissionẽ pctõꝝ dicant̃ baptizari. xliii
Qũo illo pctõ qđ ꝑ vnũ hoĩez intra
uit ĩ mundũ: ĩueniantur pl'a pctã. xliiii
Qđ ñ ĩanit̃ dicat̃ pctis pẽtũ filios ob
ligari nisi gratia diuinaq̃ misericordia
succurrat. xlv.
Nõ eẽ temẽ diffiniẽdũ vtꝝ pẽtũ pctã
vsq̃ ad p̃rez vni⁹ cui⁹q̃ an ĩ t̃tiã ⁊ q̃rtã
gnãtõꝫ an alio aliquo mõ ĩputet̃. xlvi.
Nullũ ab origĩali pctõ posse saluari
nisi ꝑ m̃diatorẽ đi ⁊ hoĩuꝫ xp̃ꝫ ih̃ꝫ. xlvii.
Neminẽ renasci ĩ baptismate ioãnis
qđ xp̃s hũilitatꝭ cã sic̃ mortꝭ dispẽsatõꝫ
suscipere voluit. xlviii.
Qđ xp̃i gr̃a nõ solũ origĩale pctm̃: sꝫ
cũcta sil'abstulit q̃ addita ĩuenit. xlix.
Oẽꝫ ex adã natũ ĩ adã dãnatõe đtie
ri: ⁊ oẽꝫ ĩ xp̃o r̃natũ a dãnatõe libeꝝ. l.

Qualr mysteriũ baptismi ĩ cruce xp̃i apl's cõmendauerit: ĩ quo maiores et paruuli liberantur. li.

Quid significẽt ea q̃ in cruce sepultura resurrectõe ⁊ ascẽsiõe xp̃i gesta sr̃. lii.

Nõ ꝑtinẽ ad hãc vitã ꝙ xp̃s ad viuos ⁊ mortuos iudicãdos vẽtur⁹ credit̃. liij

Duobus significari modis ꝙ viuos ⁊ mortuos iudicabit. liiii.

Qđ noĩatõe spũs scĩ tota trinitas cõplet̃ cui ordinatissime scã eccl'a subiuncta sit tãq̃ deo tẽplũ suum. lv.

Quod in eccl'a p̃mitiuoꝝ q̃ in celis ẽ nullus sit malus. lvi.

Quid sẽtiẽdũ sit đ orĩjs ãgeloꝝ: ⁊ vtꝝ ad easdẽ societates ꝑtĩeãt sol ⁊ lũa. lvii.

Utꝝ vl' q̃lia corꝑa ãgeli hẽant. lviii.

Qđ maxĩe ꝑ dei grãz dig̃scẽdũ sit quũ se sathanas trãsfigurat ĩ ãgelũ luc]. lix.

Qñ nõ hẽbimus plenã notitiã celestis eccl'e: vel qualit̃ mors xp̃i etiã ꝓ angelis fieri dicatur. lx.

Qđ scĩ ãgeli docti de deo nouẽ nũerũ q̃ ex hoĩb⁹ ascẽsur⁹ ẽ ad btĩtudĩez. lxi

Qũo accipiat̃ pax đi p̃cellẽ oẽz ĩtellectũ: ⁊ q̃lẽ pacẽ hẽbim⁹ cũ angelis. lxii.

Qũo ẽt nũc nobiscũ ãgeli ꝯcordãt: ⁊ ꝙ remissio pctõꝝ etiã baptizatis est necessaria. lxiii.

Qđ ĩtra eccl'iaz catholicã q̃lz crimĩosis: nõ deneget̃ pnĩe loc⁹: ⁊ qualiter debeat agi ipsa pnĩa. lxiiii.

Qđ remissio pctõꝝ ad futurũ iudicium ꝑtineat: quũ ĩ hac vita ẽt ꝑuuli diuerso mõ crucient̃: quorũdã vo pene ĩ posterum seruent̃. lxv.

De his q̃ ĩtra eccl'iaz catholicã sceleratissime viuũt ⁊ nll'o mõ pnĩaz agũt ac sibi saluationẽ ꝑ ignẽ ꝓmittũt. lxvi.

Quid sentiẽdũ sit de his q̃ sup fũdamẽtũ edificãt: ⁊ q̃ sint hi q̃ ꝑ ignẽ saluãtur: vel qual' sit iste ignis. lxvii.

Posse ẽt fieri p⁹ hãc vitã ignez purgatoriũ: ꝑ quẽ saluãt̃ q̃ h̃ tal'r vixerunt vel pnĩaz ꝯgruã gesserũt. lxviii

Cauẽdũ eẽ ne putem⁹ ĩfãda crimĩa el'ynis posse redimi nisi ab eis abstinẽdo. lxix.

Qđ ꝑ orõnẽ dñicalẽ nõ tm̃ quotidiana pctã sz ẽt p̃terita deleant̃. lxx.

De multl el'ynaꝝ generibus. lxxi.

Qualis sit el'yna ꝑfectorum. lxxii.

Nõ eẽ đputãdũ inimicũ q̃ pctõ suo monet̃ vt roget: ⁊ nullaten⁹ a deo pctã dimitti eis q̃ petẽtib⁹ nõ dimittunt ex corde. lxxiii.

De his q̃ sceleste viuũt ⁊ testimonio dei abutũtur q̃ ait. Date el'ynam ⁊ ecce oĩa mũda sunt vobis. lxxiiii.

Qđ a seipso debeat ĩcipe q̃ vult elẽosynam ordinate facere sicut phariseos dñs admonet. lxxv

Qđ multũ se seducũt q̃ ꝑ largissimas el'ynas ĩdulgẽtiã sibi ꝯparare existĩant ⁊ a pctis non cessant. lxxvi.

Qđ leuia vel grauia pctã diuino sũt pẽsanda iudicio: ꝓ q̃bus tm̃ orare freq̃nter debemus. lxxvii.

De q̃busdã pctis q̃ leuia putarẽt̃ nisi g̃niora ĩ scripturl scĩs đmr̃arẽt̃. lxxviii.

Quod magna pctã quũ ĩ vsuz venerĩt aut ꝑua aut nulla eẽ credant̃. lxxix.

De duab⁹ causis ignorãtia ⁊ ĩfirmitate q̃bus peccatur. lxxx.

Quod misericordia dei pellat̃ pudor vt pnĩa agatur. lxxxi.

Qđ spm̃ scm̃ irremediabilit̃ peccẽt q̃ ĩ eccl'a catholica remitti sibi pctã vsq̃z ĩ finẽ vite non credũt. lxxxii

De vltĩa ⁊ gnãli r̃sur̃ctõe cãnis. lxxxiii

Questio de abortiuis fetib⁹. lxxx iii.

Disputatio qñ ĩcipiat hõ ĩ vtero matris viuere q̃ ad carnis resurretionẽ ꝑtinere credit̃. lxxxv.

De mõstr[q̃ nascũt ꝛ cito moriũt cũ ꝯmemoratiõe cuiusdã membris. lxxxvj

Qõ caro hois mortui i q̃busl̃bz elemẽtl alijsq̃z corpib' trãsmittet aĩe quã reliq̃t resurrectioe reuocet. lxxxvij.

Nõ eẽ oĩs mẽbra ad easdẽ ptes vñ lapsa sũt i resurrectiõe reuocari cum exemplo solubilis statue. lxxxviij.

Utr eẽles an diuerse future sint sta ture vl figure resurgẽtiũ. lxxxix.

Qualr resurgãt corpa scõr. xc.

Qualr etiã illi resurgãt q̃ massa perditionis non sunt discreti. xcj.

Qõ nec ꝑma nec secũda mors homini accidisz ñ nemo peccassz. Et q̃ quãuis impij diuerso modo crucientur paruloꝝ parua pena erit. xcij.

Qõ remanẽtib' ipijs i dãnatiõe: tũc sciẽt ici q̃d boni eis otulerit gr̃a. xciij.

Qõ oĩa que nunc nos latent: tunc non latebunt. xciiij.

Qõ recta ofessiõe credam' oĩpotẽtẽ deũ bñ facẽ ꝛ quũ finit mala fieri. xcv.

Questio de dicto apl̃i: q̃ deus vult oẽs hoies saluos fieri. xcvj.

Qõ oĩpotẽtia dei malas hoium voluntates i bonũ cõuertat. xcvij.

Cõmẽdatio iudicij ói fz apl̃m i obduratiõe pharaõis ꝺ ppl̃m ói. xcviij.

Admiratio opeꝝ ói: quo fit vt ꝺ mala hoium volũtatib' bonã ipse ipleat voluntatem suam. xcix.

De bonis volũtatib' hoium q̃ plerũq̃ voluntati dei non conueniunt: ꝛ de malis que conueniunt. c.

Qõ quãtelibet sint volũtates q̃ conuenãt aut nõ ꝺuenãt dei volũcati tui cta sẽp fit dei volũtas. cj.

Qualiter intelligat deus velle oẽs homines saluos fieri. cij.

Qõ p̃ci' ꝺs ꝑmũ hoiez peccatuꝝ p̃stinauit bñ facere ꝺ malo ei'. ciij.

Qualẽ oportuit p̃us hoiem fieri: vel qualis postea futurus sit. ciiij.

De imortalitate q̃ pdidit hõ p libeꝝ arbitriũ ꝛ q̃ ẽ acceptur' p gr̃az. cv.

Qõ gr̃a ói fit vita etna ẽm apl̃z: si pẽ diu ꝺo peti mors: ꝛ q̃ p̃mus hõ suã poti' q̃z dei faciens volũtatem de ipso facta sit voluntas dei. cvj.

Per q̃lẽ mediatorẽ recõciliari oportebat gen' humanũ deo. cvij.

Qualiter se habebãt aĩe defũctorum añ vltimã resurrectionẽ. cviij.

De sacrificijs ꝛ elemosynis q̃ p baptizatis defunctis oĩb' offerũt. cix.

Quos fines hi sure sint bonoꝝ malorũq̃ oue ciuitates p' resurrectionẽ. cx.

De his q̃ hũana miẽratõe cõmoti nõ credũt eẽnas eẽ penas ipioꝝ. cxj.

Qõ ppetua sit pena dãnatoꝝ quãtis diuersa q̃litate sc̃oꝝ fit ꝛ iustoꝝ btitudo meritis iter se differt. cxij.

Qualis ex cõfessiõe fidei nascat spes fidelũ: ne q̃s i seipo spẽ hẽat. cxiij.

Quõ oĩca ora septẽ petitiões cõtineat apud euãgelistã matheũ. cxiiij.

De q̃nq̃ petitionib' apud lucã euãgelistã a matheo nõ discrepãtib'. cxv.

De excellẽtia charitatis: sine qua ẽt qui recte credit ac sperat: non põt ad beatitudinem peruenire. cxvj.

De quatuor differentijs hois quem deus gratia sua de tenebris ignorãtie ad se vocare dignatur: q̃bus dei quoq̃ ppl̃s ordinatus ꝺr. cxvij.

Qõ i quãlibz istaꝝ q̃tuor velut etatiũ gr̃az regeneratiõis hoiez occupauerit: ibi remittũt pcta: ꝛ q̃ q̃busdã gr̃a tribuat: vt oĩno sub lege ñ fuiat. cxviij.

Non obesse his qui per baptismum iã regenerati sunt: ꝛ mũdati nõdũ capaces ex hac vita discedunt: dum secũdũ carnem viuerent. cxix

De charitate dei ⁊ ꝓximi ad quã oĩa ꝑcepta referunt: ⁊ ꝺ q̃litate ei⁹ ĩ hoc seculo ⁊ in futuro. cxx.
Epilogus operis. cxx j.

Ex libro scd̃o: capite sexagesimo tertio retractionẽ diui Augustini.

Scripsi ⁊ librũ de fide spe ⁊ charitate cũ a me ad quẽ scriptũ ẽ postulasset vt aliq̃d opusculũ haberet meũ de suis manib⁹ nõ recessurꝝ. Q̃d gen⁹ greci enchyridion vocant: vbi satis diligent̃ mihi videor esse ꝯplexus: quõ sit colẽdus deus: quã sapiãz eẽ hoĩs vtiq̃z veraz diuina scriptura definit. Hic liber sic incipit. Dici nõ põt dilectissime fili laurẽti

Diui Augustini ep̃i Hipponẽsis enchyridion ad laurẽtium ꝓemium.

Dici non põt dilectissime fili laurẽti q̃ꝫtuz tua eruditione delecter: q̃ꝫtũq̃z te cupiã esse sapiẽtẽ. Nõ ex eoꝝ numero de quib⁹ dr̃. Vbi sapiẽs: vbi scriba: vbi cõq̃sitor h⁹ scl̃i? Nõne stultã fecit de⁹ sapiẽtiaz h⁹ mũdi? Sz ex eoꝝ numero de q̃b⁹ dictũ ẽ. Multitudo sapiẽtũ sanitas ẽ orbis terrarũ. Et q̃les vult apl̃s fieri de q̃bus dr̃. Volo aũt vos sapiẽtes q̃dez eẽ in bono: simplices aũt ĩ malo. Q̃d hoĩs sapĩa pietas. i. dei cultus breuiter in scõ Job dicatur. Capl̃um. j.

Domin⁹ aũt sapĩa pietas ẽ. Hẽs hec in libro sc̃i Job. Nã ibi legit̃ ꝙ ipsa sapĩa dixerit hoĩ. Ecce pietas ẽ sapĩa. Si aũt q̃ris quã dixerit eo loco pietatẽ distĩctius in greco reꝑies theosebiã: qui ẽ dei cultus. Dr̃ enĩ grece pietas: ⁊ alit̃. i. eusebia: quo noĩe significat̃ bon⁹ cult⁹: q̃ꝫuis ⁊ h̃ ꝑcipue referat̃ ad colẽdũ deuz. Sed nihil ẽ cõmodius illo noĩe: quo euidẽter dei cultus exp̃ssus ẽ: cũ q̃d eẽt hoĩs sapĩa dicerẽt. Querisne aliq̃d dici breui⁹: q̃ petis a me vt breuiter magna dicant̃? An libro ip̃z tibi fortasse desideras breuit̃ aꝑiri: atq̃z ĩ sermonẽ colligi breuẽ: quonãmõ sit colẽdus de⁹? Quonãmodo sit colendus de⁹. Capitulũ. ij.

Sic si rñdero: fide spe charitate colẽdũ deũ: ꝓfecto dictur⁹ es breui⁹ h̃ dcm̃ esse q̃ꝫ velles. Ac deĩde petiturus ea tibi breuiter explicari q̃ ad singula tria ista ꝑtineant. Quid credendũ. i. q̃d sperãdũ: q̃d amãduz sit. Q̃d cũ fecero: ibi erũt oĩa illa: q̃ in epl̃a tua q̃renda posuisti. Cuius exẽplũ si ẽ penes te: facile ẽ vt ea reuoluas ⁊ relegas. Si aũt nõ ẽ cõmemorãte me recolas. Qualẽ sibi librũ fieri voluerit vl̃ que vt ꝯtineret poposcerit. Ca iij

Vis eĩz tibi: vt scribis librũ a me fieri: quẽ enchyridion vt dicũt habeas: ⁊ de tuis manib⁹ nõ recedat: ⁊ ꝯtinẽs postulata. i. q̃d seq̃nduz maxĩe q̃d ꝑꝑ diuersas principalit̃ hereses sit sugiẽdũ: ĩquãtũ rõ ꝓ religiõe cõtendat: vel q̃d ĩ rõne cũ fides sit sola ñ ꝯueniat: vel q̃d ꝑmũ q̃d vltimũ teneat̃ q̃ toti⁹ diffinitõis sũma sit q̃d certuz ꝓpriũq̃z fidei catholice fundamẽtũ. Hec aũt oĩa q̃ req̃ris ꝓculdubio scies: diligẽter sciẽdo q̃d credi q̃d sꝑari debeat qui amari. Hec eĩz maxĩe: ĩmo v̄o sola in religione seq̃nda sunt. His qui ꝯdicit aut oĩo a xp̃i noĩe alien⁹ ẽ: aut heretic⁹. hec sunt defendẽda rõne: q̃ vl̃ a sensib⁹ corporis inchoata vel ab ĩtelligẽtia mẽtis ĩuẽta. Que aũt nec corporeo sensu exꝑti sumus nec mente asseq̃ valuim⁹ aut valem⁹ eis sine vlla dubitatõe credẽda sunt testib⁹: a q̃b⁹ ea q̃ diuina vocari iã

meruit scriptura ɔfecta ē: q̄ ea siue per corp⁹ siue ꝑ aiuz diuinit⁹ adiuti: vel videre vel etiā p̄uidere potuerūt. ¶ De initio fidei ⁊ ꝑfectōe spēi: ⁊ q̄ xp̄s sit ꝓpriū fidei catholice fūdamētuz: qd̄ apd̄ hereticos nominetenus inuenitur.

Capitulum.iiij.

DUz aūt initio fidei: q̄ ꝑ dilectōnē opat̄ ībuta mēs fuerit: contēdit bn̄ viuēdo etiā ad speciez ꝑuenire: vbi ē scīs ⁊ ꝑfectis cordib⁹ nota ineffabilis pulchritudo: cuius plena visio ē sūma felicitas. Hoc ē nimirū qd̄ requiris: q̄d primū q̄d vltimū teneat̄: inchoari fide: teneri spe: ꝑfici charitate. Hec iā totius diffinitōis ē sūma. Certū vero ꝓpriūq̄ fidei catholice fundamētū xp̄s est. Fūdamētū enī aliō ait apostolus nemo pōt ponere: p̄ter id qd̄ positū ē: qd̄ est xp̄s ihs̄. Neq̄ hoc iō negādū ē ꝓpriū fundamētū eē fidei catholice: qz putari pōt aliq̄bus hereticis h̄ nobiscū eē cōe. Si eiz diligent̄ q̄ ad xp̄m ꝑtinēt cogitētur: noīeten⁹ inuenitur xp̄s apd̄ quoslibet hereticos: q̄ se xp̄ianos vocari volūt: re vo ip̄a nō ē apud eos. Qd̄ oñdere nimis lōgū ē: qm̄ ɔmemorāde sūt oēs hereses: siue q̄ fuerūt: siue q̄ sunt: siue q̄ potuerunt eē sub vocabulo xp̄iano: ⁊ ēt q̄ sit h̄ verꝝ ꝑ singl'as q̄sq̄ mōstrādū. Que disputatio tā multorū ē voluminū: vt ēt īfinita videantur.

¶ Quid sit enchyridiō qd̄ sibi fieri velit: ⁊ q̄ laboriosū sit ɔ̄ fidē spē charitatē sentiētib⁹ rn̄dere. Ca.v.

TU aūt enchyridion a nobis postulas.i.qd̄ manibus possit adstrīgi: nō quod armaria possit onerare: vt igitur ad illa tria redeamus ꝑ q̄ diximus colēdū deū: fidē spē charitatē: facile ē vt dicat̄ q̄d credenduz: q̄d sperādū: q̄d amādū sit. Sz quēadmodū aduersus eos q̄ diuerdē sētiūt vitas calūnias defendat̄: oposioris vberiorisq̄ doctrine ē. q̄ vt hēat̄ nō breui enchyridion man⁹ dz īpleri: sz grādi studio pectus accēdi. ¶ Qd̄ symbolū ⁊ dñica oro fidē ī se ⁊ spez ⁊ charitatē contineant. Ca.vj

IAz ecce tibi ē symbolū ⁊ dominica oro: q̄d breuius audit̄ aut legit̄: q̄d facili⁹ memorie cōmēdat̄: qz eiz de pctō graui ⁊ miseria p̄mebat̄ gen⁹ humanū: ⁊ diuine īdigebat misericordie: gr̄e dei tp̄s ꝓpha p̄uidēs ait. Et erit oīs q̄ īuocauerit nomē dñi: salu⁹ erit ꝓpter h̄ dñica oro. Sz apl's cū ad ipsam gr̄az ɔmēdādā h̄ ꝓpheticū ɔmemorasset testimoniū: ɔtinuo subiecit: quō āt īuocabūt ī quē nō crediderīt: ꝑp h̄ symbolū. In his duob⁹ tria illa intuere. Fides credit: spes ⁊ charitas orāt. Sz sine fide eē nō p̄nt: ac ꝑ h̄ ⁊ fides orat: ꝓpterea q̄ppe dcm̄ ē. quō īuocabūt ī quē nō crediderūt: ¶ Qualr̄ fides spes ⁊ charitas sine se īuicē eē nō possint: q̄uis a se ī q̄busdā differāt. Ca.vij.

QUid aūt spari pōt qd̄ nō creditur: Porro ēt aliq̄d qd̄ nō spatur credi pōt. Quis nāq̄ fideliuz penas nō credit īpioꝝ: Nec spat tn̄ Et q̄sq̄s eas īminere sibi credi: ac fugaci animi motu exhorret: ren⁹ timere dr̄ q̄ spare. Que duo Lucan⁹ distīguens ita cōplexus ait. Liceat spare timēti. Non aūt ab alio poeta q̄uis meliore ꝓpe dictū ē. Hūc ego si potui tn̄ spare dolorē. Deniq̄ nōnulli ī arte grāmatica vbi h⁹ vtūtur exēplo ad oñdendā īpropriā dictionē: ⁊ aiūt. Spare dixit ꝓ timere. Est itaq̄ fides ⁊ malaꝝ reꝝ ⁊ bonaꝝ: qz et bona credunt̄ ⁊ mala: ⁊ h̄ fide bona n̄ mala. Est ēt fides p̄teritaꝝ rerū p̄ntium ⁊ futurarū. Credim⁹ enī mortuū xp̄m:

qđ iã preterijt. Credimus sedere ad dexteram patris quod nunc est: credimus venturꝝ ad iudicandũ quod futurꝝ est. Itez fides ⁊ suaꝝ rerũ est ⁊ alienaꝝ. nã et se q̃sq̃ credit aliqñ eẽ cepisse: nec fuisse vtiq̃ sempiternũ: ⁊ alia atq̃ alia. Nec solũ de alijs hoĩbus multa q̃ ad religionẽ ꝑtinẽt: veꝝ ẽt đ ãgel credim⁹. Spes aũt nõ nisi bonarũ reꝝ ẽ: nec nisi futuraꝝ: ⁊ ad eũ ꝑtinẽtiũ: q̃ eaꝝ spez gerere ꝑhibet. Que cũ ita sint: ꝑꝑ has cãs distiguẽda erit fides ab spe: sicut vocabulo ita rõnabili dr̃ia. Nam qđ attinet ad nõ videre siue q̃ credunt sine q̃ spãt fidei speiq̃ cõe est. In epl'a quippe ad hebreos: qua teste vsi sunt illustres catholice regule defensores: fides eẽ dcã ẽ cognitio reꝝ q̃ nõ vident: q̃uis qñ se q̃sq̃ nõ verbis: nõ testib⁹: nõ deniq̃ vllis argumẽtis: sed pñtium reꝝ euidẽtie credidisse: h̃ ẽ fidez accõmodasse dicit. Et nõ ita videt absurdũ: vt recte reprehẽdebat in v̄bo eiq̃ dicat. Uidisti? Ergo nõ credidisti. Uñ putari põt nõ esse cõseq̃ns: vt nõ videat res quecũq̃ creditur. Sed melius hunc appellamus fidem quam diuina eloquia docuerunt earum. s. rerum que non videntur. De spe quoq̃ ait apostolus. Spes que nõ videtur: non est spes: Quod enim videt quis quid speratur. Si autem qđ non videmus: speramus per patientiam expectamus. Cum ergo bona futura eẽ creduntur a nobis: nihil ẽ aliud: q̃ ꝙ sperantur. Jam de amore quid dicam sine quo fides nihil potest? Spes vero sine amore esse non potest. Deniq̃ ait apostolus iacobus. Et demones credunt ⁊ contremiscũt: nec tamen sperãt vel amant: sed potius quod amamus vel speramus credendo venturum esse formidant. Propter quod apostolus Paulus fidem que per dilectionẽ operatur: approbat atq̃ commendat: que vtiq̃ sine spe esse non potest. Proinde nec amor sine spe ẽ: nec sine amore spes nec vtrũq̃ sint fide.

¶ Qđ credulitas fidei christiane nõ in naturis reꝝ sed in creatoris bonitate consistat. Ca. viij

Duz ergo queritur quid credẽdum sit ad quod religionem ꝑtineat: non rerum natura ita rimanda est: quẽadmodũ ab eis quos physicos greci vocant. Nec metuendũ est quemadmodum ab eisdem: si aliquid de vi et numero elementorum de motu atq̃ ordine ⁊ defectibus syderũ de figura celi: de generibus et naturis animalium: fructicum: lapidum: fontium: fluminum: montium: de spatijs locorum ⁊ temporum: de signis imminẽtium tempestatum: ⁊ alia sexcenta de his rebus: quas illi inuenerunt vel ĩuenisse se existimant: christianus ignoret quia nec ipsi omnia inuenerunt tanto excellentes ingenio flagrantes studio: abundantes ocio: ⁊ quedam humana coniectura inuestigantes: quedam vero historica experientia perscrutantes et in eis que se inuenisse gloriantur: plura opinantes potius q̃ scientes. Satis est christiano rerum creataruz cãs siue celestium ⁊ terrestrium: siue visibilium ⁊ inuisibilium: non nisi bonitatem ĩtelligere creatoris: qui vnus ⁊ verus ẽ deus: nullamq̃ esse naturam: que non aut ipse sit aut ab ipso: eumq̃ esse trinitatem: patrem scilicet ⁊ filium a patre genitum: ⁊ spiritum sanctum ab eodez patre procedentem sed vnuz eundemq̃ spiritum patris ⁊ filij.

¶ Qualia bona sint que a summa trinitate creata sunt. Cap. ix.

AB hac sūme ⁊ eq̄lit̄ et īmutabiliter bona trinitate creata ēt oīa: ⁊ nec sūme: nec eq̄liter nec īmutabilit̄ bona: sz tñ bona ēt singula. Simul v̄o vniuersa valde bona: qꝛ ex oībus cōsistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. ¶ Qualiter deus mala ordinet: ⁊ q̄ sit diffinitio mali. Ca.x.

IN q̄ etiaz illud qd̄ malū dr̄ bñ ordinatū ⁊ loco suo positum eminēti⁹ ɔmēdat bona: vt magis placeāt ⁊ laudabiliora sint: dū ɔparant̄ malis. Neqꝫ enī de⁹ op̄s: qd̄ etiaz īfideles fatent̄: rerū cui sūma ptās: cuz sūme bonus sit: vllo modo sineret mali aliq̄d esse ī opib⁹ suis: nisi vsqꝫ adeo eēt op̄s ⁊ bonus: vt bene facere ⁊ de malo posset. Quid ē aūt aliud qd̄ malū dicit̄ nisi priuatio boni? Nā sicut corporib⁹ aīaliū nihil ē aliud morbis ⁊ vulneribꝰ affici: q̄ꝫ sanitate priuari: neqꝫ id agitur cū adhibet̄ curatio: vt mala illa q̄ ī erant. i. morbi ac vulnera recedāt hīc ⁊ alibi sint: sed vtiqꝫ vt nō sint. nō enī vlla substātia: sed carnalis substātie vitiū ē vuln⁹ aut morbi. Cū caro sit ipsa substātia: ꝓfecto aliquod bonū ē: cui accidūt ista mala. i. priuatiōes eius bōi: qd̄ dicit̄ sanitas. Ita etiā ⁊ aīaꝝ q̄cūqꝫ sūt vitia: naturaliū sunt priuatiōes bonoꝝ. Que cū sanātur nō aliquo trāsferūtur sed ea q̄ ibi erāt nusq̄ꝫ erunt: qñ in illa sanitate nō erūt. ¶ Bonas esse oēs naturas sūmo bono factas: q̄busqꝫ ex causis et qualiter corruptio noceat intimatur. Ca.xi.

NAture igit̄ oēs: qm̄ naturaruz ꝓrsus oīum sūme cōditor bonus ē: bone sūt. Sz qꝛ nō sicut eaꝝ cōditor sūme atqꝫ īcōmutabiliter bone sunt: iō ī eis ⁊ minui bonū ⁊ augeri pōt. Sed bonū minui malū ē: q̄ꝫuis q̄ꝫtūcunq̄ꝫ minuat̄: remaneat aliq̄d necesse ē: si adhuc nutura ē: vñ nā sit. Neqꝫ enī si q̄liscūqꝫ aut q̄ꝫtulacūqꝫ nā ē cōsumi bonū: qd̄ nā ē: ni ⁊ ipsa cōsumat̄ pōt. Merito q̄ppe nā īcorrupta laudatur. Porro si īcorruptibilis sit q̄ corrūpi oīo nō possit: mlto ē ꝓculdubio laudabilior. Cū v̄o corrūpit̄: iō malū ē eius corruptō: qꝛ eā q̄licūqꝫ p̄uat bono. Nā si nullo bono p̄uat nō nocet: nocz aūt adimēdo bonū. Quādiu itaqꝫ nā corrūpit̄ inest ei bonū qd̄ p̄uet̄. Ac ꝑ h̄ si nature aliq̄d remanebit qd̄ iā corrūpi neq̄at: ꝓfecto natura īcorruptibilis erit: ⁊ ad hoc tā magnū bonū corruptio non ꝑueniat. At si corrūpi non desinet: nec bonū vtiqꝫ hēre desinet: quo eā possit priuare corruptio. Quam si penitus totāqꝫ cōsūpserit: iō nulluz bonū īerit: qꝛ nā nulla erit. Quo circa bonum corruptio cōsumere nō pōt: nisi ɔsumēdo naturā. Oīs ḡ natura bonū ē magnum si corrūpi nō pōt partiū si pōt. Negari tñ bonū eē: nisi stulte atqꝫ īperite ꝓrsui nō pōt: q̄ si corruptōe ɔsumit̄: nec ipa corruptio remanebit nulla vbi esse possit subsistente natura. ¶ Qd̄ nullū possit eē malū: si nullū sit bonum: ⁊ q̄ h̄ assertio sn̄ie ꝓphetice nō sit ɔ̄ria. Ca. xij

AC ꝑ hoc nullū ē qd̄ dr̄ maluz si nullū sit bonū: sed bonuz oī malo carēs: ītegrū ē. Cui vero īest malū vitiatū vel vitiosuz bonum ē nec malū vnq̄ꝫ pōt esse vllū: nisi vbi bonū ē vllū. Vñ res mira cōficit̄: vt qꝛ oīs natura inq̄ꝫtuz natura: bonum ē: nihil aliud dici videat̄: cū vitiosa natura mala esse nā dr̄ nisi malū esse: qd̄ bonuz ē nec malū eē nisi qd̄ bonū est: qꝛ oīs natura bonū ē: nec res aliqua mala esset si res ipsa q̄ mala ē natura nō eēt. Nō igit̄ pōt eē malū: nisi aliqd̄ bonum: qd̄

eum dici videatur absurde: connexio tñ ratiocinationis hui⁹ venit ĩeuitabiliter nos cõpellit hec dicere. Et cauendum ẽ ne ĩcidam⁹ ĩ illã sniam ꝓpheticã: vbi legit. Ueh his q̃ dicũt ꝙ bonũ ẽ maluz ⁊ ꝙ malũ ẽ bonũ: q̃ dicũt dulce amaꝝ ⁊ amaꝝ dulce: q̃ dñt tenebras lucẽ: ⁊ lucẽ tenebras. Qd̃ dñs ait. Malus hõ de malo thesauro cordis sui profer mala. Quid ẽ autem malus hõ nisi mala natura: qꝛ hõ natura est? Porro si hõ aliquod bonũ ẽ: qꝛ natura ẽ q̃d ẽ mal⁹ hõ nisi malũ bonũ? Tamẽ cũ duo ista discernimus: inuenim⁹ nec iõ malũ: qꝛ hõ ẽ: nec iõ bonũ: qꝛ iniqu⁹ ẽ: sed bonuz qꝛ hõ maluz quia iniquus. Quisquis igit dicit malũ ẽ hominem eẽ: aut bonum ẽ iniquũ eẽ ipse ĩcidit ĩ ꝓpheticã illam sẽtentiã. Ueh his qui dicũt ꝙ bonũ ẽ malũ: ⁊ ꝙ malũ ẽ bonũ: op⁹ enĩ dei culpat qd̃ ẽ hõ: ⁊ vitiũ hoĩs laudat qd̃ ẽ iniq̃tas: oĩs nãq̃ nã ẽt si vitiosa ẽ ĩquãtum nã ẽ: bona ẽ ĩquãtũ vitiosa ẽ: mala est.

Qd̃ ĩ bonis ac malis sibimet ɔ̃riis dialecticoꝝ regula d̃ficiat: ⁊ quid sit corruptio: ⁊ ꝙ ex bonis mala orta sint. C. xiij

Quapropter ĩ his cõtrariis que mala ⁊ bona vocant: illa dialecticoꝝ regula d̃ficit: qua dicũt nulli rei duo simul inesse cõtraria. Nullus eniz aer simul ⁊ tenebrosus ẽ ⁊ lucidus: nullus cibus aut potus simul dulcis est ⁊ amarus. Nullum corp⁹ simul vbi albũ: ibi ⁊ nigrũ. Nullũ simul vbi deforme: ibi ⁊ formosũ. Et hoc ĩ multis ac pene ĩ oĩb⁹ cõtrariis reperit: vt in vna re simul eẽ nõ possint. Cũ aũt bona ⁊ mala nullus ambigat esse ɔtraria: nõ solũ simul eẽ possũt: sed etiã mala oĩno sine bonis ⁊ nisi ĩ bonis eẽ nõ possũt: q̃uis bona sine malis possint. Põt. n. homo vel angelus non esse iniustus: iniustus autem non potest esse nisi homo vel angelus Et bonum ꝙ homo: bonũ ꝙ angelus: malum ꝙ iniustus. Et hec duo cõtraria ita simul sunt: vt si bonum nõ esset: ĩ q⁹ malũ esset prorsus nec malũ eẽ potuissz Quia nõ mõ vbi cõsisteret: sz vnde oriret corruptio nõ haberet: nisi essz quod corrũperet. Qd̃ nisi bonũ eẽt: nec corrũperet: qm̃ nihil est aliõ corruptio q̃z boni exterminatio. Ex bonis igit mala orta sũt ⁊ nisi ĩ aliquib⁹ bonis nõ sũt: nec erat alias vñ oriret vlla mala natura: nã si eẽt inq̃tũ nã eẽt ꝓfecto bõa eẽt ⁊ aut ĩcorruptibilis nã magnũ eẽt bonũ aut natura etiã corruptibilis nullo modo esset nisi aliquod bonum: qd̃ bonũ corrumpendo: posset ei nocere corruptio.

Quõ ñ sit ɔ̃riũ dñice snĩe: q̃ dicit ñ põt arbor bona fructus malos facere cum dñr mala ex bonis eẽ orta. Cap. xiiij.

Sed cum mala ex bonis orta eẽ dicim⁹: nõ putet hoc dñice sẽtẽtie refragrari q̃ dicit. Nõ potest arbor bona fructus malos facere. nõ põt enim sicut veritas dicit: colligi vna de spinis: qꝛ non põt vna nasci de spinis. Sed ex bona terra ⁊ vites nasci posse videmus ⁊ spinas: ⁊ eodẽ modo tãq̃z arbor mala fructus bonos i. opera bona nõ põt facere voluntas mala. Sz ex bona hominis natura oriri voluntas ⁊ bona põt ⁊ mala. Nec fuit prorsus vnde primit⁹ oriret volũtas mala: nisi ex angeli ⁊ hoĩs natura bona. Qd̃ ⁊ ipse dñs eodem loco: vbi de arbore: ⁊ fructibus loquebat apertissime ostendit. Ait enim aut facite arborem bonaz ⁊ fructum eius bonum: aut facite arborem malam ⁊ fructum eius malum. Satis admonens ex arbore quidez bona malos aut ex mala bonos nasci fructus non posse: ex ip̃a tñ ĩra cui loq̃bat

vtrãq; arborẽ oriri posse. ¶ Nõ ꝑtinere ad beatitudinẽ ꝯsequẽdã scire cãs in mũdo corporaliũ motionũ. Cap.xv.

Que cũ ita sint: qñ nobis maronis ille v̄sus placet. Felix q̃ potuit rerũ cognoscere cãs: ñ nobis videat̃ ad felicitatẽ cõsequẽdã pertinere si sciam⁹ cãs magnaꝝ ĩ mũdo corporaliũ motionũ: q̃ abditissimis nẽ sinibus occultãt̃: vñ tremor terris: qua vi maria alta tumescũt: obicib⁹ ruptis: rursusq; ĩ se ꝑa residãt: ⁊ cet̃a hi⁹ sed bonarũ ⁊ malaꝝ reꝝ cãs nosce d̄bem⁹. Et id hacten⁹ q̃ten⁹ eas hoĩ ĩ hac vita erroribꝰ erũnisq; plenissima ad eosdẽ errores ⁊ erũnas euadẽdas nosce concedit̃ Ad illã q̃ppe felicitatẽ tẽdẽdum ẽ: vbi nulla q̃tiamur erũna nullo errore fallamur. Nã si cãe corporaliũ motionuꝫ noscẽde nobis eẽnt: nullas magis nosce q̃ nr̃e valitudinis deberem⁹. Cum eas vero ignorãtes medicos q̃rim⁹: q̃s nõ videat: qd̄ de secretis celi ⁊ t̃re nos latet q̃ta sit patiẽtia nesciẽdũ. ¶ Disputatio q̃lit̃ error caueri possit. Ca.xvj

Quãuis.n.error q̃ta possumus cura cauẽd⁹ sit: nõ solũ ĩ maioribꝰ veꝝ ẽt ĩ minorib⁹ reb⁹: nec nisi reꝝ ignorãtia possit errari: nõ est tñ ꝯsequẽs: vt cõtinuo erret q̃sq̃s aliq̃d nescit: sꝫ q̃sq̃s se existimat scire qd̄ nescit ꝑ v̄o q̃ppe approbat falsũ: qd̄ ẽ erroris ꝓpriũ. Uerũtñ ĩ q̃ re q̃sq; erret interest plurimũ. Nã ĩ vna eadẽq; re ⁊ nesciẽti sciens: ⁊ errãti nõ errãs recta rõe ꝑponit̃ In diuersis aũt reb⁹.i.cũ iste sciat alia: ille alia ⁊ iste vtiliora ille minus vtilia. vl̃ ẽt noxia: q̃s ñ ĩ eis q̃ ille scit: ei ꝑferat nesciẽtẽ: Sc̃.n.q̃dã q̃ nescire: q̃ scire sit meli⁹. Itẽq; nõnullis errare ꝓfuit aliquãdo: sꝫ ĩ via pedũ nõ ĩ via meoꝝ. Nã nobisipsis accidit vt ĩ quodã biuio falleremur: ⁊ nõ irem⁹ ꝑ eũ locũ: vbi opiens trãsitũ nr̃um donatistaꝝ man⁹ armata subsedera: atq; ita factũ ẽ: vt eo qno tẽdebam⁹ ꝑ deuiũ circuitũ venirem⁹: cognitisq; ĩsidijs illoꝝ nos gratularemur errasse: atq; ide gr̃as agerem⁹ d̄o. Quis g̃ viatorẽ sic errãtẽ: sic nõ errãti latrõi ꝑponer̃ dubitauerit? Et fortasse iõ apd̄ illũ sũmũ poetã loquẽs q̃dã miser amator: vt vidi ĩq̃t: vt perij: vt me malus abstulit error qm̃ ẽ error bon⁹ q̃ nõ soluꝫ nihil obsit veꝝ ẽt ꝓfit aliq̃d: sꝫ diligẽti⁹ ꝯsiderata v̄itate: cũ nihil sit alid̄ errare: q̃ veꝝ putare quod falsuꝫ ẽ: falsũq; qd̄ veꝝ ẽ: vl̃ certũ hr̃e ꝓ icerto: icertũ ve ꝓ certo: siue falsũ siue sit veꝝ: idq; tã sit in aĩo deforme atq; ĩdecẽs: q̃ pulchꝝ ac decoꝝ eẽ sẽtim⁹ vl̃ ĩ loquẽdo vl̃ ĩ assentiẽdo: ẽ ẽ: nõ nõ: ꝓfecto ⁊ ob hoc ip̃ꝫ ẽ vita mis̃a ista qua viuim⁹: ꝙ ei nõnũq̃ vt nõ amittat̃: error ẽ necessari⁹. Absit vt tal̃ sit illa vita: vbi ẽ aĩe nr̃e ip̃a veritas vita: vbi nemo fallit: fallitur nemo. Hic aũt hoĩes fallũt̃ atq; fallũt̃: miseriores q̃ sũt cũ mẽtiẽdo fallũt: q̃ cũ mentiẽtib⁹ credẽdo fallũt̃: vsq; adeo tñ rõnabilis nã refugit falsitatẽ: ⁊ quãtũ põt deuitat errorez: vt falli nolint ẽt q̃cũq; amãt fallere. Nõ.n.sibi q̃ mẽtit̃ vr̃ errare: sꝫ aliũ ĩ errorẽ mittere credẽtẽ sibi: ⁊ ĩ ea q̃dẽ re ñ errat: quã mẽdacio ꝯtegit si nouit ip̃e q̃d veꝝ sit: sꝫ in hoc fallit̃: ꝙ putat sibi suũ nõ obesse mẽdaciũ: cum magis faciẽti q̃ patiẽti obsit oẽ pctm̃. ¶ Utrũ ad officiũ hoĩs iusti sit aliquãdo mentiri. Cap.xvij.

Verũ difficillima ⁊ latebrosissima hic gignit̃ qõ: d̄ qua iã grãdẽ librũ cũ respondẽdi necessitas nos vrgeret absoluim⁹. Utꝝ ad officiũ hoĩs iusti ꝑtineat aliqñ mẽtiri: nõnulli.n.eo vsq; ꝓgrediũt̃: vt ⁊ peierare:

ꝛ de reb⁹ ad dei cultũ ptinẽtibus ac de nſa dei natura falſũ aliquid dicere nõ nũq̃ bonũ piũq̃ op⁹ eſt cõtẽdãt. Mihi ãt vr̃ pcm̃ eſt quidẽ oẽ mẽdaciũ: ſed multũ itereſſe quo aĩo ꝛ quib⁹ de reb⁹ quiſq̃ mẽtiat. Nõ.n.ſic peccat ille qui cõſulẽdi quõ ille q̃ nocẽdi voluntate mẽtit. Quod vo tñ nocet: q̃ viatorẽ mẽtiẽdo i diuerſũ iter mittit: q̃tũ is q̃ viã vite mẽdacio fallẽdi depranat. nemo ſane mẽtiẽs iudicãdus ẽ: qui dic falſũ quod putat vez: qñ quãtũ i ipo ẽ: ñ fallit ipe ſz fallit. nõ itaq̃ mẽdacij: ſz aliqñ teme ritatis arguẽdus ẽ: qui falſa icauti⁹ credita ꝓ veris hz. Potiuſq̃ eõrio q̃tuz in ipo ẽ: mẽtit ille: q̃ dic vez: qõ putat falſũ. Quãtũ.n. ad aĩum ei⁹ attinet: qz nõ qõ ſẽtit hoc dicit: nõ vez dic q̃zuis vez iueniat eẽ qõ dicit. nec vllo mõ liber ẽ a mẽdacio: q̃ oze neſciẽs vez loq̃t ſciẽs ãt volũtate mẽtit. non ꝺſideratis itaq̃ rebus ipſis de quib⁹ aliquid dr̃ ſed ſola iteriõe dicẽtis: melioꝛ ẽ qui neſciẽs falſũ dicit: qñ id verum putat: q̃ qui mentiẽdi aĩum ſciẽs gerit neſciẽs vez eẽ qõ dicit. Ille nãq̃ aliud nõ hz i aĩo aliud in vbo: huic vo qualecũq̃ per ſeipm ſit qõ ab eo dr̃ aliud tñ clauſũ i pectoze alio i ligua ꝓmptũ ẽ: qõ malũ ẽ ꝓpzũ mẽtiẽtis. In ipſaꝛ aũt q̃ dr̃ ꝺſideratiõe rez: tñ intereſt qua i re quiſq̃ fallatur ſiue mentiat: vt cũ falli q̃ mẽtiri minus ſit malũ quãtum ptinet ad boies voluntatẽ. Tñ lõge tollerabili⁹ ſit i bis q̃ a religiõe ſunt ſe iuncta mentiri: q̃ in bis ſine quoꝛ fide vel noticia de⁹ coli ñ põt falli vt i plurib⁹a pquirẽte lucidius iueſtigabit. Qõ vt illuſtret exemplis: intueamur quale ſit. Si quiſpiam dum mẽtitur: viuere nunciat aliquem mozruuz ꝛ alius dum fallitur: credat iterum ipz poſt quelibet longa tempoza mozituꝛ nonne illo modo mentiri: q̃ iſto modo falli incomparabiliter preſtat? Multo q̃ minoꝛis mali eſt nullum errorez aliquem inducere: q̃ in iſtum ab aliquo iduci? Quib⁹ i reb⁹ fallamur. L. xviij

In quibuſdam ergo rebus magno: in quibuſdã paruo: i quibuſdam nullo malo: in quibuſdam etiem non nullo bono fallimur: nam magno malo fallitur homo: cum hoc non credit: qõ ad vitam ducit eternam: vel credit: qõ ad mozrem ducit eẽ nam. Paruo autem malo fallitur: qui falſum pro vo approbãdo incidit in aliquas moleſtias temporales: quibus tñ adhibita fideli patiẽtia conuertit eas in vſũ bonuz veluti ſi quiſq̃ bonuz boiem putãdo qui mal⁹ ẽ: aliquid ab eo patiatur mali. Qui vo malum boiem ita bonum credit vt nil ab eo patiatur mali: nullo mõ fallit: nec i eo cadit illa ꝓphetica detestatio. Ueh bis qui dr̃ q̃ malum ẽ bonum. Ipſis.n. de rebus quib⁹ boies mali ſunt: nõ de boib⁹ dcm intelligẽdum ẽ: vñ qui adulterium dicit bonum: recte arguit illa voce ꝓphetica. Qui vo ipm boiem dicit bonum: quem putat caſtum ꝛ neſcit adulterum nõ in doctria rez bonaꝛ ꝛ malaꝛ: ſed i occultis humanoꝛ fallit moꝛ: vocãs boiem bonum: in quo putaeſſe quod eſſe non uit bonum: ꝛ dicens malum adulterũ ꝛ bonũ caſtum. Sed hũc bonũ dicens neſciẽdo adulterum eſſe illum malum neſciẽdo caſtũ. Porro ſi p errorẽ euadit quiſq̃ pnitiẽ: ſic ſupi⁹ dixi nobis in itinere ꝺtigiſſe: ẽt aliquid boni boi erroꝛ ꝺferꝛ: ſed cũ dico i quibuſdã rebus nllo malo aliquẽ vel nõnullo ẽt bono falli: nõ ipm errorẽ dico nullũ malum vel non nullum bonũ: ſed malum quo nõ venit vel bonum quo venit erran

do.i. ex ipo errore qd non eueniat vel quid pueniat. Nā ipe p seipz error aut magnū ī re magna: aut paruū ī re parua: tñ sp ē malū. Quis.n. nisi errās malū neget approbare falsa p veris: aut ī probare vera p falsis: aut hre īcerta p certis vel certa pro incertis? Sed aliud ē malū hoiem putare q̄ bonus ē: qd est erroris: ⁊ aliud ē ex hoc malo aliud malū nō pati: si nihil noceat hō malus qui esse putatur bonus. Itēq; aliud ē ipam viā putare q̄ nō ē ipa: ⁊ aliud ē ex h° erroris malo aliquid boni consequi: velut ē ab īsidijs maloꝝ hoīum liberari.

¶ An peccata dicenda sint cum quis de malo homine bene sentit: vel verisimilibus fallitur. Cap.xix

Nescio sane: vtrū etiaz eiusmodi error sit: cū hō de malo homīe bene sentit: qualis sit nesciens aut p eis q̄ p sēsus corporis capim⁹ occurrunt similia: q̄ spū tāq̄z corpore: aut corpore tāq̄z spū sētiunt. Qualē se putabat eē apostolus petrus: qñ existimabat se visū videre repēte de claustris et vinculis p angelum liberatus. Aut in ipsis rebus cōrporeis leue putat eē qd aspeꝝ ē: aut dlce qd amaꝝ: bñ olere qd putridū ē: aut tonare cū rheda transit: aut illū eē hoīem cū alius sit: qñ duo sibi simillimi sunt: qd ī geminis sepe contingit. Uñ ait ille. Gratusq; parētibus error: ⁊ cetera: talia ēt peccata dicenda sunt. Hec qō nodosissima: q̄ hoīes acutissimos achademicos torsit: nūc mihi enodāda suspecta ē: vtꝝ eliqd dbeat sapiēs approbare ne īcidat ī errorē si pro veris approbauerit falsa cū oīa sic affirmāt: vel occulta sint vel incerta. Unde tria ꝯfeci volumina ī initio ꝯuersionis mce: ne īpedimēto nobis eēnt: q̄ tāq̄z ī ostio ꝯdicebāt. Et vtiq; fuerat remouēda īueniēde desperatio veritatis: q̄ illoꝝ videt argumētationib⁹ roborari. Apd illos g̊ error oīs putat eē pctm̄ qd vitari nō possu cōtēdūt: nisi oīs suspēdatur assēsio. Errare q̄ppe dicūt cū q̄lq̄s assētit īcertis: nihilq; certū eē ī hoīum visu ppter īdiscretā similitudinē. Falsi etiā si qd videt forte sit veꝝ. Accutissimis q̄dē sz īpudētissimis cōflictationib⁹ disputāt. Apud nos aūt iustus ex fide viuit. At si tollat assēsio ⁊ fides tollitur: qz sine assēsiōe nihil credit. Et sūt vera q̄zuis nō videāt: q̄ nisi credāt ad vitam beatā: q̄ nō nisi eterna ē: nō pōt pueniri Cū istis vo vtꝝ loq̄ debem⁹ ignoro q̄ ñ victuros ī eternū: sz ī pñtia se viuere nesciūt: Immo nescire se dicūt qd se scire negare nō possūt. Neq;.n. q̄sq̄z finit nescire se uiuere: qñ quidē si viuit nō pōt aliqd vel nescire qm̄ non solum scire veruz etiā nescire nisi viuētis ē. Sz videlicet nō assentiēdo ꝙ viuāt: cauere sibi videt errorē: cū etiā errādo cōuincant viuere: qm̄ nō pōt q̄ ñ viuit errare. Sic ergo nos viuere nō solū veꝝ: sz ēt certū ē: ita vera ⁊ certa sūt multa: q̄b⁹ nō assētiri absit: vt sapia poti⁹ q̄z demētia nomināda sit. ¶ Quib⁹ ī reb⁹ errātes nō peccemus: quāuis ad hui⁹ vite miserias error pertineat. Cap.xx.

In q̄busdā āt reb⁹ nihil interest ad capesēdū dei regnū: vtru m credāt an nō: vel vtrū vera siue sint siue putēt: an falsa. In his errare.i. aliud p alio putare: nō arbitrādū ē eē pctm̄. Aut si ē nimiū ē atq; leuissimū. Postremo q̄lecūq; illd ⁊ q̄tūq; sit ad illā viā nō ptinet: q̄ im⁹ ad deū. Que via fides ē xp̄i: q̄ p dilectionē opat: neq; enim ab hac via deuiabat apostolus petrus: qñ se existimans visum videre aliud p alio sic putabat. Ut a corporum imaginib⁹

ĩ quib⁹ se esse arbitrabatur: vera in q̃b⁹ erat: corpora non dignosceret nisi cuz ab illo angelus ꝑ quẽ fuerat liberatus abscessit. Ab hac via nõ deuiabat iacob patriarcha: qñ viuẽtẽ filiũ a bestia credebat occisũ. In his atq; hi⁹ falsitatib⁹ salua fid̃ q̃ ĩ deũ nobis ẽ fallimur ⁊ via nõ relicta q̃ ad illũ nos ducit erramus. Qui errores ẽt si pctã nõ sũt: tñ ĩ malis hui⁹ vite deputãdi sũt. Que ita subiecta ẽ vanitati: vt approbẽtur hic falsa ꝓ veris: respuant̃ vera ꝓ falsis: incerta teneant̃ pro certis. Quãuis.n. hec ab ea fide absint: ꝑ quã ad verã certãq; atq; eternã btitudinẽ tẽdim⁹: ab ea tñ miseria ñ absũt: ĩ qua adhuc sum⁹ nullomõ quippe falleremur ĩ aliquo vel aĩ vel corporis sẽsu: si iã vera illa atq; ꝑfecta felicitate frueremur. ¶ Quõ sit pctm̃ oẽ mẽdaciũ: vl̃ q̃lit̃ ẽt illi licet venialit̃ peccẽt: q̃ nõ nisi ꝓ salute hoĩuz mẽtiũt̃. Cap. xxj.

Porro aũt oẽ mẽdaciũ iõ dicendũ ẽ eẽ pctm̃: q; hõ nõ solũ qñ scit q̃d veꝝ sit: sz ẽt si qñ errat ⁊ fallit̃: sicut hõ hoc debet loqui. Sẽp.n. hõ debet loqui sicut aĩo gerit: siue illd̃ veꝝ sit siue putet̃ ⁊ ñ sit. Oĩs qui nititur ꝯ id qd̃ aĩo sentit: loquit̃ volũtate fallẽdi. Et vtiq; v̄ba ꝓpterea sũt ĩstituta: nõ ꝑ que se ĩuicẽ hoĩes fallãt: sed ꝑ que in alteri⁹ quisq; notitiã cogitatiões suas ꝑferat. Uerbis igit̃ vti ad fallaciã: ñ ad qd̃ instituta sũt peccatũ ẽ. Nec iõ vlluz mẽdaciũ putãdũ ẽ nõ eẽ peccatũ: quia possumus aliqñ alicui ꝓdesse mẽtiẽdo. Possum⁹.n. ⁊ furãdo aliqñ prodesse: si paup cui palã dat̃ sẽtit cõmodum: ⁊ diues cui clam tollit̃ nõ sẽtit ĩcõmodum Nec iõ tale furtũ quisq̃ dixerit non eẽ peccatũ. Possum⁹ ⁊ adulterãdo: si aliq̃ nisi ad hoc ei cõsẽtiat̃ appareat amando moritura: ⁊ si vixerit penitẽdo purganda: nec ideo peccatum negabitur tale adulteriũ. Si aũt merito nobis placz castitas: quid queso offendit̃ veritas: vt ꝓpter alienam vtilitatẽ illa nõ violetur adulterãdo: ⁊ violet̃ ista mẽtiẽdo. Nõ iõ mendaciũ poterit aliquãdo laudari: q; nõnũq̃ ꝓ salute quorũdã mẽtimur Peccatũ ergo ẽ: sz veniale: qd̃ beniuolẽtia excusat: ⁊ iõ fallacia dãnat. Plurimũ quippe ad bonũ ꝓfecisse hoĩes q̃ ñ nisi ꝓ salute hoĩs mẽtiũt̃: nõ ẽ negãdũ sed ĩ eoꝝ tali ꝓfectu merito laudat̃ vel etiã tẽporalit̃ remunerat̃ beniuolẽtia nõ fallacia: q̃ vt agnoscat̃ satis ẽ: nõ vt ẽt ꝑdicet̃. Maxime ĩ heredib⁹ testamẽti noui: quib⁹ dr̃. Sit ĩ ore vr̃o: ẽ ẽ: nõ ñ. Qd̃.n. ampli⁹ ẽ a malo ẽ: ꝑꝑ qd̃ malũ? Qr subripe ĩ hac mortalitate nõ desinit Etiã ipsi coheredes xp̃i dicunt. Dimitte nobis d̃bita nr̃a. ¶ Que sint cãe bonaꝝ rerum ⁊ qui malarum. Cap. xxij.

His itaq; ꝓ hui⁹ breuitatis necessitate tractatis: quoniã cãe cognoscẽde sũt reꝝ bonaꝝ ⁊ malaꝝ: que sit via q̃ nos ꝑducat ad regnuz vbi erit vita sine morte: sine errore veritas: sine ꝑturbatiõe felicitas neq̃q̃ dubitare debem⁹ rerũ que ad nos ꝑtinent bonaꝝ cãm nõ eẽ: nisi bonitatẽ dei: malaꝝ v̄o ab ĩmutabili bono deficiẽtẽ boni mutabilis volũtatẽ: ꝑus angeli: hoĩs postea. ¶ Qd̃ sit creature rõnabil̃ malũ vl̃ q̃ hic mala sequuta sunt. Ca. xxiij.

Hoc ꝑmũ est creature rõnabilis malũ. i. ꝑma ꝑuatio boni: deinde etiam iam volentibus subĩtrauit ignorantia rerum agendarum ⁊ concupiscentia noxiarum: quib⁹ comites subĩtrarũt error ⁊ dolor: q̃ duo mala qñ ĩminentia sentiuntur: ea fugiẽtis animi motus vocatur met⁹. Porro animus cum adipiscitur concupita: q̃uis

pernitiosa ⁊ inania: qm̄ id errore nō sē-
tit vel delectatione morbida vincit̄: vel
vana ēt letitia vētillat̄. Ex his morboꝝ
nō vbertatis sꝫ īdigētie tāq̄ fōtib⁹ oīs
miseria nature rationalis emanat.

¶ Qd̄ ī suis malis rōnal̄ nā btītudinis
apetitū nō amiserit: ⁊ q̄ hō hēat penā
ꝓpriam corporis mortem. Cap.xxiiij.

Que tñ natura ī malis suis ñ po
tuit amittere beatitudinis ape
titū. Ueꝝ hec oīa mala sunt et
hoīum ⁊ angeloꝝ: ꝑ sua malicia domi
ni iusticia dānatoꝝ. Sꝫ hō hꝫ ⁊ penam
ꝓpriam: q̄ ēt corporis morte punit⁹ est.
Mortis quippe suppliciū dñs ei cōmi-
natus fuerat si peccaret: sic eū remune-
rās libero arbitrio: vt tñ regeret īperio
terreret exitio. Atq̄ ī paradisi felicitate
tāq̄ ī vmbra vite: vñ iusticia custodita
ī meliora cōscēderet collocauit.

¶ Qd̄ peccatum adam originaliter in
posteros transierit. Cap.xxv.

Hinc post pctm̄ exul effect⁹ stir-
pē quoq̄ suā: quā peccādo in
se: tāq̄ ī radice viciauerat: pe-
na mortis ⁊ dānatiōis obstrinxit: vt q̄c
q̄d ꝓlis ex illo ⁊ simul dānata ꝑ quaꝫ
peccauerat cōiuge ꝑ carnalē ꝯcupiscē-
tiā: ī qua īobediētie pena simul retribu
ta ē nasceret̄ traheret originale peccatū
quo traheret̄ ꝑ errores doloresq̄ diuer
sos ad illud extremū cū desertorib⁹ an-
gelis viciatorib⁹ ⁊ possessorib⁹ ⁊ cōsor
tib⁹ suis sine fine suppliciū: sic ꝑunum
hoīem peccatū itrauit ī mūdū: ⁊ ꝑ pec-
catū mors ī oēs hoīes ꝑtrāsiuit: in quo
oēs peccauerūt. Mūdū quippe appel-
lauit eo loco apl̄s vniuersū gen⁹ huma
nū. ¶ Qualr̄ hūani generi massa ex ira
dei iacebat ī malis: luēs cū desertorib⁹
angelis iustissimas penas manente in
eis bonitate creatoris. Cap.xxvj.

Ita ergo res se hꝫ. Jacebat ī ma
lis: vl̄ ēt voluebat̄: ⁊ de malis
ī mala, precipitabat̄ toti⁹ hūa-
ni generis massa dānata ⁊ adiūcta par
ti eoꝝ, q̄ peccauerāt angeloꝝ: luebat im
pie desertionis dignissimas penas. Ad
irā q̄ppe d̄i ꝑtinet iustā q̄cq̄d ceca ⁊ in-
domita ꝯcupiscētia faciūt libēter mali:
⁊ q̄cq̄d manifestis aptisq̄ penis patiūt̄
inuiti. Nō sane creatoris desistēte bo-
nitate ⁊ malis āgelis subministrare ui-
tā viuacēq̄ potētiā. Que subministra-
tio si auferat̄ īteribūt: ⁊ hoīuꝫ q̄uis de
ꝓpagine viciata nascētiū: formare semi
na ⁊ aīare ac ordinare mēbra ꝑ tp̄oruꝫ
etates: ꝑ locoꝝ spacia: vegetare sensus:
alimēta donare. Meli⁹.n. iudicauit de
malis bona facere: q̄ mala nulla eē ꝑ-
mittere. Et siq̄dē ī meli⁹ hoīum refor-
mationē nullā ꝓrsus eē voluisset: sic im
pioꝝ nulla ē āgeloꝝ: nōne merito fieret
vt natura q̄ deū deseruit: q̄ p̄ceptum sui
creatoris qd̄ custodire facillime posset:
sua male vtēs ptāte calcauit atq̄ tran-
sgressa ē: que sui ī se creatoris imaginē
ab ei⁹ lumine cōtumacit̄ auersa viola-
uit: q̄ salubrē seruitutē ab ei⁹ legib⁹ ma
le vtēs libero abrupit arbitrio: vniuer-
sa ī eternū desereret̄: ⁊ ꝑ suo merito pe
nā pēderet sēpiternā? Plane ita face-
ret si tm̄ iustus nō etiā misericors esset
suāq̄ īdebitā misericordiā multo eui-
denti⁹ ī īdignoꝝ poti⁹ liberatione mō-
straret. ¶ Qd̄ q̄busdā angel̄ cadētibus
ꝑ supbiā residui certissimā ꝑpetue bea-
titudinis stabilitatē acceperūt. C.xxvij.

Angelis igit̄ aliq̄b⁹ īpia supbia
de serētib⁹ deū: ⁊ ī huius aeris
imā caliginez de supna celesti
hītatiōe deiectis: residu⁹ numer⁹ ange
loꝝ ī eterna cū deo btītudine ⁊ scītate
ꝑmansit. Neq̄.n. ex vno angelo lapso

atq; dãnato ceteri ꝓpagati sũt: vt eos sicut hoĩes originale malũ obnoxie successiõis vinculis obligaret: atq; vniuersos traheret ad debitas penas: sed eo q̃ diabolus fcũs ẽ: cũ socijs ĩpietatis elato ⁊ ip̃a cũ eis elatiõe ꝓstrato: ceti pia obediẽtia dño cohesẽrũt: accipiẽtes etiã qd̃ illi nõ habuerũt: certã sciẽtiã q̃ essẽt de sua sempiterna ⁊ nũq̃ casura stabilitate securi. Placuit itaq; vniuersitatis creatori atq; moderatori deo: vt qm̃ ñ tota multitudo ãgeloꝝ deũ deserendo ꝑierat: eaq; ꝑierat ĩ ꝑpetua dãnatiõe remaneret: q̃ aũt cũ deo illa deserẽte ꝑstiterat de sua certissime cognita sp̃ futura felicitate secura gauderet. ¶ Qd̃ numer⁹ bonoꝝ angeloꝝ q̃ diminut⁹ ẽ p⁹ ruinã maloꝝ ex hoĩb⁹ suppleat: ⁊ q̃ h̃ numerus deo sit notus. Cap. xxviij.

Alia vo creatura rõnalis q̃ ĩ hominib⁹ erat qm̃ peccatis atq; supplicijs ⁊ originalib⁹ ⁊ ꝓp̃is tota ꝑierat: ex ei⁹ parte reparata: q̃ angelice societati ruina illa diabolica minuerat: supplerz. Hoc ꝓmissũ ẽ resurgẽtib⁹ scis: q̃ erũt eq̃les ãgelis dei. Itaq; supna illa hierl'm mater nr̃a ciuitas d̃i nulla ciuiũ suoꝝ numerositate fraudabit: sz vberiore ẽt copia forsan regnabit Neq;.n. numeꝝ aut scõꝝ hoĩum aut ĩmũdoꝝ demonũ nouim⁹: ĩ quoꝝ locuz succedẽtes filij scẽ mr̃is q̃ sterilis apparebat ĩ t̃ris ea pace de q̃ illi ceciderant: sine vllo tẽporis termino ꝑmanebunt. Sz illoꝝ ciuiũ numer⁹: siue q̃ ẽ: siue qui futur⁹ ẽ ĩ cõtẽplatiõe ẽ ei⁹ artificis: qui vocat ea q̃ ñ sũt tãq̃ ea q̃ sũt: atq; ĩ mẽsura ⁊ numero ⁊ pondere cuncta disponit. ¶ Qd̃ nõ ꝓp̃is meritis nec per liberum arbitrium: sed per filium dei liberari possit genus humanum.

Capitulum.xxix.

Verum hec pars generis humani cui liberationez d̃s regnũq; ꝓmisit eternũ: nũquid meritis opũ suoꝝ reparari põt? Absit. Quid.n. opat̃ ꝑdit⁹: nisi qñ fuerit a ꝑditiõe liberatus? Nũquid libero volũtatis arbitrio? Absit. Nam libero arbitrio male vtens homo ⁊ se perdidit ⁊ ipsum. Sicut enim qui se occidit vtiq; viuendo se occidit: sed se occidendo non viuit nec seip̃m poterit resuscitare: ita cum libero peccaret̃ arbitrio: victore peccato amissũ ẽ et liberꝝ arbitriũ. A quo.n. q̃s deuict⁹ ẽ: huic ⁊ ſu⁹ addictus ẽ. Petri certe apl'i ẽ ista snia: q̃ cũ vera sit: qualisqueso põt serui addicti eẽ libertas: nisi qñ eũ peccare d̃lectat? liberalit̃.n. ſuit q̃ sui dñi volũtatẽ libent̃ fac̃. Ac ꝑ h̃ ad peccãdũ liber ẽ: q̃ pcti ſu⁹ ẽ. Unde ad iuste faciẽdũ liber nõ erit: nisi a peccato liberat⁹ eẽ iusticie ceperit ſuus. Ip̃a ẽ vera libertas ꝑꝑ recti faciendi leticiaz simul ⁊ pia seruit⁹ ꝑꝑ p̃cepti obediẽtiã Sed ista libertas ad benefaciẽdũ: vnd̃ erit hoĩ addicto ⁊ vẽdito: nisi redimat ille cui⁹ illa vox ẽ. Si vos fili⁹ liberauerit: tunc vere liberi eritis? Qd̃ anteq̃ fieri ĩ hoĩe incipiat: quõ q̃sq̃ de libero arbitrio ĩ bono gl'iabit̃ ope: q̃ nõdũ liber est ad opãdũ bene: nisi se vana supbia extollat: quã cohibet apl's dicens. Gr̃a salui facti estis per fidem.

¶ Qd̃ etiam fidem a qua bona opera incipiunt gratia tribuat. Cap.xxx.

Et ne ipsã sibi saltez fidem sic arrogarent: vt nõ intelligerẽt diuinit⁹ esse donatã: sicut isdez apl'us alio loco se dicit: vt fidelis esset mĩaz ꝯsecutũ: h̃ quoq̃ adiũxit atq; ait. Et hoc nõ ex nobis: sed dei donũ ẽ. Nõ ex opib⁹: ne forte q̃s extollat̃. Et ne puterent̃ fidelibus bona de futura opera

rursus adiecit. Ipsi.n.sumus figmētuz creati ī xp̄o iesu ī opibus bonis: q̄ p̄parauit d̄s: vt ī illis ābulem⁹. Tūc g̊ efficimur v̄e liberi: cū deus nos fingit.i. format ⁊ creat: nō vt hoīes: qd̄ iā fecit: sed vt boni hoīes simus: qd̄ nūc gr̄a sua facit: vt sim⁹ ī xp̄o iesu noua creatura: s̄m qd̄ dcm̄ ē. Cor mūduz crea ī me deus. Neqz enī cor ei⁹ quātū ptinet ad nām cordis humani: nō iā creauerat deus.

Qd̄ de⁹ opat̄ ī nobis velle ⁊ pficere sicut apl's predicat ⁊ oīs diuina scriptura. Cap.xxxi.

Item ne q̄sq̄z ⁊ si non de operibus: de ip̄o glorieť libero arbitrio: volūtatis tanq̄z ab ipso incipiat meritū: cui tanq̄z d̄bitū reddatur premiū bn̄ opandi ipsa libertas: audiat eūdez gr̄e preconē dicētē. De⁹ ē enī qui opat̄ in nobis: ⁊ velle ⁊ opari p bona volūtate. Et alio loco. Igit̄ nō volentis neqz currentis: sed miserentis ē dei. dū pculdubio si hō eius etatis ē: vt rōe iaz vtatur: nō possit credere: spare: diligere nisi vellet: nec puenire ad palmā supne vocatiōis: nisi voluntate cucurrerit. Et qūo g̊ nō volētis neqz currentis: sed miserētis dei: nisi qz ⁊ ipsa volūtas: sic̄ scriptū ē: a deo p̄parat̄? Alioquin si ppterea dictū ē nō volētis neqz currētis: sed miserētis ē dei: qz ex vtraqz fit ⁊ voluntate hoīs: ⁊ misicordia dei. Et sic dictū accipiam⁹ nō volētis neqz currētis: sed miserētis ē dei tanq̄z diceret̄: nō suffic̄ sola volūtas hoīs: si nō sit etiā misicordia d̄i. Nō g̊ sufficit sola misicordia d̄i si nō sit ēt volūtas hoīs. Ac p hoc. si recte dictū ē, nō volētis hoīs: sed miserentis dei: qz id volūtas hoīs sola nō īplet cur nō ecōtrario recte dr̄: nō miserentis dei est: sz volentis hoīs: qz misericordia dei id sola n̄ īplet. Porro si nullus xp̄ianus dicere audebit: nō misētis ē dei: sed volētis hoīs ē: ne apl'o aptissime ꝯdicat. Restat ppterea recte dictū ītelligat̄ nō volētis neqz currētis: sed misentis ē dei: vt totū deo det̄ q̄ hoīs volūtatez bonā ⁊ p̄pat adiuuādā: ⁊ adiuuat p̄patā. p̄cedit eiz bona volūtas hoīs multa dei dona: sed nō oīa: q̄ aūt non p̄cedit: ipa ī eis ē ⁊ ipsa. nā vtrūqz legit̄ ī sanctis eloq̄is: ⁊ misicordia ei⁹ p̄uēiet me ⁊ misericordia ei⁹ subseq̄tur me: Nolētez p̄uenit: vt velit volētē subseq̄t̄ ne frustra velit. Cur eniz admonemur orare p inimicis nr̄is vtiqz nolētib⁹ pie viuē: nisi vt d̄s ī illis opet̄ ⁊ velle. Cur itē admonemur petē vt accipiam⁹: nisi vt ab illo fiat qd̄ volum⁹: a quo fcm̄ ē vt velimus Oram⁹ g̊ p inimicis nr̄is vt misicordia dei p̄ueniat eos sic̄ p̄uenit ⁊ nos: oram⁹ p nobis vt misicordia ei⁹ subseq̄t̄ nos.

Qd̄ iusta dānatiōe sub ira dei tenebat̄ gen⁹ hūanū donec vēiret mediator q̄ nos ab hac ira liberaret. Ca.xxxij.

Tenebat̄ itaqz iusta damnatōe gen⁹ humanū: ⁊ oēs erāt ire filij: de q̄ scriptuz ē. Qm̄ omnes dies nr̄i defecerūt: ⁊ ī ira tua defecim⁹ Anni nr̄i sicut aranea meditabūtur de q̄ ita dicit etiā iob. Hō.n.nat⁹ ex muliere breuis vite ⁊ plen⁹ ire. De q̄ ita dic̄ ēt dn̄s iesus. Qui credit ī filiū dei hz vitam eternā: q̄ aūt nō credit ī filiū dei non hz vitā eternā: sz ira dei manet sup euz: nō ait veniet: sz manet sup eū. Cū hac q̄ppe oīs hō nascit̄: pp qd̄ dicit apl's. Fuim⁹ enī ⁊ nos nā filii ire sicut ⁊ ceti. In hac ira cū eēnt hoīes p originale pctm̄ tāto graui⁹ ⁊ pnitiosius: quāto maiora vel plura īsup addiderunt: necessarius erat mediator h̄ ē recōciliator: q̄ hāc irā sacrificij singularis cuius erant ymbre oīa sacrificia legis ⁊ pphetarū oblatio

ne placaret. Uñ dicit apl'ꝰ. Si aũt cum inimici eẽm⁹: reconciliati sum⁹ deo per mortẽ ei⁹: multo magis recõciliati nũc ĩ sanguine ei⁹ salui erim⁹ ab ira ꝑ ip̃z. cũ aũt de⁹ irasci dr̃: ñ ei⁹ significat̃ ꝑturbatio q̃lis est ĩ aĩo irãscẽtis hoĩs: sz ex hũanis motib⁹ trãslato vocabulo vindicta ei⁹: q̃ nõ nisi iusta ẽ: ire nomen accepit. Qđ g̃ ꝑ mediatorẽ recõciliamur deo et accipim⁹ spm̃ scm̃: vt ex inimicis efficiamur filij: quotquot enĩ spũ dei agũtur: hi filij sunt dei: hec ẽ gr̃a dei ꝑ iesuz xp̃z dñm nr̃m. ¶ De admirabili sacram̃to mediatoris. Ca.xxxiij.

DE quo mediatore lõgũ ẽ vt q̃ta dignũ est tãta dicant̃ q̃uis ab hoĩe dici digne nõ possint. Quis enĩ h̃ solũ ꝯgruẽtib⁹ explicet verbis: q̃ vbũ caro fcm̃ ẽ: ⁊ hĩtauit ĩ nobis vt crederem⁹ ĩ dei pr̃is oĩpõtẽtis vnicũ filiũ natũ de spũ scõ ⁊ maria v̄gĩe. Ita q̃ppe verbũ caro factũ ẽ a dĩnitate carne suscepta nõ ĩ carnẽ dĩnitate mutata Carnẽ porro hic hoĩez debem⁹ accipe a ꝑte totũ significãte locutõe sicut dcm̃ ẽ: qm̃ ex opibus legis nõ iustificabitur oĩs caro. i. oĩs hõ. Nã nihil nature humane ĩ illa susceptõe fas ẽ dicere defuisse: sed nature ab oĩ pctĩ nexu oĩmodo libere: ⁊ nõ q̃lis de vtroq̃ sexu nascit̃ per concupiscentiam carnis cum obligatione delicti: cui⁹ reat⁹ ꝑ regnãtionez diluit̃: sz q̃lẽ de v̄gine nasci oportebat: quẽ fides mr̃is nõ libido cõcepat. Qđ si vel ꝑ nascẽtẽ corrũpet̃ ei⁹ integritas: nõ iã ille de v̄gine nasceret̃: eũq̃ falso: qđ absit: de virgine maria natũ: tota cõfiteret̃ eccl'ia: q̃ imitans ei⁹ matrẽ quotidie parit mẽbra ei⁹ ⁊ v̄go ẽ. Lege: si placet de v̄ginitate scẽ marie meas litt̃as ad illustrẽ virũ: quẽ cũ honore ac dilectione noĩo volusianũ. De duabus naturis ĩ vna dei filij persona ꝯsistentibus. Ca.xxxiiij.

PRoĩde xp̃s ih̃s dei filius ẽ: ⁊ đs ⁊ hõ ẽ. De⁹ ante oĩa scl'a: hõ in nr̃o seculo. De⁹ q̃ dei v̄bũ: de⁹ enĩ erat verbũ: hõ aũt q̃ in vnitate persone accessit verbo aĩa rõnalis ⁊ caro. Quo circa inquãtũ đs ẽ: ip̃e ⁊ pr̃ vnuz sũt: inquãtũ aũt hõ ẽ: pr̃ maior est illo. Cui enĩ esset vnic⁹ dei filius nõ gr̃a: sed nã: vt essz plen⁹ ẽt gr̃a fcũs ẽ ⁊ hoĩs filius. Idẽq̃ ipse vtrũq̃ ex vtroq̃ vn⁹ xp̃s q̃ cũ in forma dei eẽt: nõ rapinam arbitrat⁹ ẽ: qđ nature erat. ĩ. eẽ se eq̃lẽ deo. Exinaniuit aũt se formã serui accipiẽs nõ amittẽs vel minuẽs formaz dei. Ac ꝑ h̃ ⁊ minor ẽ fact⁹ ⁊ mãsit equalis vtr̃q̃ vnus: sicut dcm̃ ẽ: sz aliud ꝑꝑ verbuz aliđ ꝑꝑ hoĩez. Propt̃ enĩ verbũ equalis pr̃i: ꝓpt̃ hoĩez minor: vn⁹ dei fili⁹: idẽq̃ hoĩs fili⁹: vnus hoĩs fili⁹: idẽq̃ dei fili⁹ non duo filij dei đs ⁊ hõ: sz vn⁹ dei fili⁹ De⁹ sine initio: hõ accepto initio: deus nr̃ iesus xp̃s. ¶ Quã euidẽs ĩdicium sit abũdãtis gr̃e dei q̃ ĩ hoĩe xp̃o humana nã ꝓmeruit. Ca.xxxv.

SIc oĩno grãditer ⁊ euidenter dei gr̃a ꝯmendat̃. Quid. n. natura hũana ĩ hoĩe xp̃o meruit ut in vnitate ꝑsone unici filij dei singulariť esset assũpta: Que bona uolũtas: cui⁹ boni ꝓpositi studiũ: q̃ bona opa p̃cessere: q̃b⁹ mereret̃ iste hõ: ut una fierz ꝑsona cũ deo. Nũq̃d añ fuit hõ: ⁊ hoc ei singulare bñficiũ p̃stitũ ẽ: ut singulariter ꝓmereret̃ deũ: Nẽpe ex quo hõ eẽ cepit: nõ aliud cepit eẽ hõ q̃ filius dei idẽq̃ hoĩs fili⁹: ⁊ h̃ unic⁹: ⁊ ꝑꝑ deũ uerbuz: qđ illo suscepto: caro factũ ẽ: utiq̃ deus: ut quẽadmoduz ĩ una ꝑsona quilibet hõ: aĩa. s. rõnalis ⁊ caro ita sit xp̃s una ꝑsona v̄bũ ⁊ hõ: unde nẽ humane

tāta gloria nullis p̄cedentib⁹ meritis: si ne dubitatōe gratuita: nisi q: magna h̄ ⁊ sola dei gratia fideliť ⁊ sobrie ɔsiderā tibus euidēter oñdit: vt ītelligāt ꝑ eandē grāz se hoīes iustificari a pctis: per quā factū ē: v t hō xp̄s nullū hēre possz peccatū? Sic ⁊ ei⁹ mr̄em āgelus salutauit: qñ ei futurum ānūciauit hūc ꝑtum Aue inq̄t gr̄a plena. Et paulopost. Inuenisti, ait grāz apd̄ deū: ⁊ hec q̄dē gr̄a plena: ⁊ īuenisse gr̄az apd̄ deū dr̄: vt domini sui: īmo oīuz dñi mať eēt. De ipso aūt xp̄o ioānes euāgelista cū diceret. ⁊ verbū caro fcm̄ ē: ⁊ hitauit ī nobis. Et vidimus inq̄t gl̄iaz ei⁹: gloriā q̄si vnigeniti a pr̄e plenū gr̄e ⁊ v̄itatis. Qd̄ āt ait verbū caro factū ē hoc ē plenū gr̄e. Qd̄ ait gloriaz vnigeniti a pr̄e: hoc plenum ē v̄itatis. Ueritas quippe ipsa vnigenit⁹ dei filius: nō gr̄a: sed nā: gratia suscepit hoīez tāta vnitate ꝑsone: vt idē etiā ipse eēt hoīs fili⁹. ¶ Qd̄ gr̄a demonstrať in h̄ ꝙ spū scō nat⁹ dr̄. Ca. xxxvi.

IDē nāq̄z iesus xp̄s fili⁹ dei vnigenit⁹: idē vnic⁹ de⁹ nr̄ natus ē de spū scō ⁊ maria virgine. Et vtiq̄z spūs scūs dei donū ē: qd̄ quidez. ⁊ ipsuz ē equale donāti. Et iō de⁹ ē etiam spūs scūs pr̄e filioq̄z nō minor. Et h̄ ergo qd̄ de spū scō ē s̄m hoīem natiuitas xp̄i: q̄d aliud q̄z ip̄a gr̄a demōstrať. Cū enī virgo q̄siuisset ab āgelo qūo fieret: qd̄ ei nūciabat: qñquidē illa virum nō cognouisset. rñdit angelus. Spūs scūs supueniet ī te:: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Jōq̄z ⁊ qd̄ nasceť ex te scūz: vocabiť filius dei. Et ioseph cū vellz eā dimittere suspicās adulteriuz: quā sciebat nō eē de se grauidā: tale rñsum ab āgelo accepit. Noli timere accipe mariā cōiugē tuā: qd̄ enī in ea natū est: de spū scō ē. Idest quod tu eē de alio viro suspicaris de spū scō est. ¶ Qd̄ q̄zuis nō sit cōseq̄ns pr̄em hoīs xp̄i dici spūs scūs: modus tñ ip̄e quo de illo ⁊ maria virgīe nat⁹ est sit īexplicabil'. Ca. xxxvij.

NUnq̄d tñ iō dicturi sum⁹ hoīs xp̄i eē spūz scūz: vt de⁹ pať v̄buz genuerit: spūs scūs hoīem ex q̄ vtraq̄z substātia xp̄s vn⁹ eēt: et dei pr̄is fili⁹ s̄m verbū: ⁊ spūs scī filius s̄m hoīez ꝙ quasi eū spūs scūs tanq̄z pater ei⁹: de matre virgine genuisset? Quis h̄ dicere audebit? Nec op⁹ est oñdere disputando quāta alia sequāť absurda: cū h̄ ip̄z iaz ita sit absurdū: vt nulle fideles aures id valeāt sustinere. Proīde sicut cōfitemur dñs nr̄ iesus xp̄s qui de deo deus hō aūt nat⁹ est de spū scō ⁊ maria virgine ex vtraq̄z substātia diuina. s. atq̄z humana fili⁹ ē vnicus dei pr̄is oīpotētis: de quo ꝓcedit spūs scūs. Qūo g̊ dicim⁹ xp̄z natū de spū scō: si nō eū genuit spūs scūs? An q: fecit eū: qñ dñs nr̄ ih̄s xp̄s inquātū de⁹ est: oīa ꝑ ip̄m facta sunt. inquātū aūt hō ē: ⁊ ipse fcūs ē: vt ap̄l's dicit. Factus ē ex seīe dauid s̄m carnem. Sz cū illā creaturā quā virgo ɔcepit ⁊ pepit: q̄zuis ad solā ꝑsonā filij ꝑtinentē tota trinitas fecerit: neq̄z eīm sepabilia sunt opa trinitatis: cur ī ea facienda solus spūs scūs noīat⁹ est? An ⁊ qñ vnus triū in aliquo ope noīať vniuersa opari trinitas ītelligiť? Ita vero ē ⁊ exēplis doceri pōt: sed nō ē ī h̄ diutius īmoraz dū. Illud enī manet qūo dictū sit nat⁹ de spū scō: cū filius nullo mō sit spirit⁹ scī. Neq̄z enī q: mūdū istū fec̄ d̄us: dici eū fas ē dei filiū: aut eū natuz de deo: sz factuz vel creatū: vel ɔditū: vel īstitutuz ab illo: vel si q̄d hi⁹ recte possumus dicere. Hūc g̊ cū ɔfiteamur natū de spiritu scō ⁊ maria virgine: qūo nō sit filius spūs scī: et fili⁹ virginis marie: explicare

difficile est. Proculdubio q̄ppe non sic de illo vt de patre: sic aūt de illa vt de matre nat⁹. ¶ Exēpla q̄bus oñdit nō semp dici filiū q̄cq̄d de re aliqua nascitur: ⁊ dici filiū de q⁹ nascit. Ca. xxxviij.

Non igitur ꝯcedendū ē quicq̄d de aliqua re nascit: ꝯtīuo eius dē rei filiū nūcupādū. Ut eniz omittaz alia: aliter de hoīe nasci filium aliter capillū: pediculū: lūbricū: quoruz nihil ē filius. Ut g̃ hec omittā: q̄ tante rei deformiter ꝯpant: certe q̄ nascunt ex aqua ⁊ spū scō nō aque filios eos rite dixerit q̄spiā: sed plane dicunt filij d̄i patris ⁊ matris eccl̄e non spūs sci. Sic ergo de spū scō natus ē filius dei patris nō spūs sci. Nā ⁊ illud qd̄ d̄ capillo et de ceteris diximus: ad h̄ tm̄ valet vt admoneamur: nō oē qd̄ de aliquo nascit etiam filium eius d̄ quo nascitur posse dici: sicut nō oēs qui dicunt alicuius filij: consequens est vt de illo etiam nati esse dicantur sicut sunt qui adoptant. Dicuntur etiam filij gehenne: non ex illa nati: sed in illam preparati: sicut filij regni preparantur in regnum.

¶ Modus significans christum ih̄z de spiritu sancto ita natum vt insinuet gratiam qua eius humanitas nullis p̄cedentibus meritis in ipsa cōceptione deo copulata ē. Ca. xxxix.

Cum itaq̄z de aliquo nascatur aliquid etiaz non eo modo: vt sit filius: nec rursus omnis qui dicitur filius: de illo sit natus: cuius dr̄ filius: profecto modus iste quo natus est christus de spiritu sancto: non sicut filius: ⁊ de maria sicut filius īsinuat nobis gr̄am dei qua homo nullis p̄cedētib⁹ meritis ī ipso exordio nature sue quo eē cepit v̄bo dei copularet ī tātum p̄sone vnitatem: vt idez ipse esset filius dei qui filius hoīs: ⁊ filius hoīs qui filius dei. Ac si in nature humane susceptiōe fieret quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis: qui nullum peccatum posset committere. Que gratia propterea per spiritum sanctum fuerat significanda: q̄z ipse proprie sic est deus vt sit ī dei donum. Unde sufficienter loqui: si tamē id fieri potest valde prolise disputatum est. ¶ Quo xp̄s nec originale nec propriuz hn̄s pctm̄ fcūs sit p̄ nobis ipse pctm̄. Ca. xl

Nulla igitur voluptate carnalis concupiscentie seminatus est: siue cōceptus: ⁊ ideo nullū peccatum originaliter trahens: dei quoq̄z gratia verbo patris vnigenito non gratia filio: sed nā in vnitate p̄sone mō mirabili ⁊ ieffabili adiūctus atq̄z ꝯcretus ⁊ iō nulluz pctm̄ ⁊ ipse ꝯmittēs: tm̄ ꝓpt̄ filitudinē carnis peccati: ī qua venerat dict⁹ est: ⁊ ipse peccatuz sacrificādus ad diluēda pctā. In ueteri q̄ppe lege peccata vocabant sacrificia p̄ peccatis. Qd̄ vere iste fact⁹ est: cuius erāt vmbre illa. Hinc apostolus cum dixisset obsecramus per christum reconciliari deo: cōtinuo subiunxit atq̄z ait. Eum q̄ non nouerat peccatum: pro nobis peccatuz fecit: vt nos simus iusticia dei in ipso. Non ait vt in quibusdam mendosis codicibus legitur: is qui nō nouerat peccatum pro nobis peccatuz fecit tanq̄ꝫ p̄ nobis christus ipse peccauerit: sed ait. Eum qui non nouerit peccatum: idest christum: pro nobis peccatum factus ē deo: vel pro nobis peccatum fecit de⁹: cui reconciliati sumus: hoc est sacrificium pro peccatis: per quod reconciliari valeremus deo: ipse ergo peccatum: vt nos iusticia: nec nostra: sed dei nec in nobis: sed in ipso. Sicut ipse

peccatum non suum: sed nostrum: nec in se sed ī nobis constitutum: similitudine carnis peccati: in qua crucifixus est demonstrauit. Ut quoniam peccatuz ei non inberat ita quodammodo pctō moreretur: ouz moritur carni: in q̄ erat similitudo peccati: z cum secundum veritatem peccati nūq̄z ipe vixisset: nraz ex morte veteri qua in peccato mortui fueramus reuiuiscentem vitā nouā sua resurrectiōe signaret. ¶ Qō mors z resurrectio christi sacramentuz baptismi significet. Cap. xli.

Ipsum est qō in nobis celebratur magnuz baptismatis sacramentum: vt quicūq̄z ad istam pertinēt gratiam moriantur peccato: sicut ipse peccato mortuus dicitur: quia mortuꝰ est carni: hoc est peccati similitudini. Et viuant de lauacro renascendo. Sic ipe a sepulchro resurgendo: quālibet corporis etatem gerant. ¶ Qō generalit oī etati necessariū sit xp̄i baptismū. C. xlij.

A paruulo enī recens natu vsq̄z ad decrepitum senē: sicut nullus prohibendus ē a baptismo ita nullus est: qui non peccato moriat in baptismo. Sed paruuli tantum originali: maiores autem etiam bis omnibus moriuntur peccatis: quecunq̄z male viuendo addiderunt ad illud qō, nascendo traxerunt. ¶ Quomodo plerūq̄z maiores singulariter mori peccato dicuntur in baptismo: cum habeant p̄ pria plura peccata: econtrario paruuli in remissionem peccatorum dicantur baptizari. Cap. xliij.

Sed ideo etiam ipsi peccato mori plerūq̄z dicuntur: cum ꝑculdubio non vni: sed multis peccatis omnibus q̄z moriantur: quecūq̄z iā p̄p̄a cō miserūt vel cogitatiōe vel locutiōe vel opere quia etiam per singularez numeruz pluralis numerus significari soler. Sic ait ille. Uterūq̄z armato milite cōplent: q̄uis hoc multis militibus fecerint. Et in nostris litteris legitur. Oza ergo ad dominum vt auferat a nobis serpentem. Non ait serpētes quos patiebatur populus: vt hoc doceret z innumerabilia talia. Quum vero z illud originale unū pl̄ali numero significat: qñ dicimus in peccatorum remissionē baptizari paruulos: nec dicimus in remissionem peccati: illa est econtrario locutio: quia per pluralem locutionē significatur numerus singularis. Sicut de herode mortuo in euangelio dictum ē. Mortui sunt enim qui querebant animam pueri. Non dictum est: mortuꝰ ē. Et in exodo. Fecerunt inquit sibi deos aureos: cum unum uitulum fecerint tātum de quo dixerunt. Di sūt oij tui isr̄l q̄ eduxerūt te ō ̄ra egypti. Et hic ponētes pluralē p̄ singulari. ¶ Quō illo pctō qō p unū boiez ītrauit ī mūdū: inueniāt plura peccata. Cap. xliij.

Quāuis z ī illo pctō uno qō p unum hominem intrauit ī mūdum: z ī oēs homines ptrāsiit propter qō etiam paruuli baptizantur possint intelligi p̄ia paccata: si unū ipz in sua quasi membra diuiditur singula. Nam z superbia ē illic: quia homo ī sua potius esse: q̄z in dei potestate dilexit. Et sacrilegium: quia deo non credidit Et homicidium: quia semetipsum precipitauit ī mortem. Et fornicatio spiritalis: quia integritas mentis humane serpentina suasione corrupta est. Et furtū q: cibus prohibitus vsurpatus est. Et auaritia: quia plusq̄z illi sufficere ꝺbuit appetiuit: et si q̄d aliō ī hꝰ uno admisso diligēti ꝺsideratiōe inueniri potest.

Qõ nõ ianiter dicat peccatis parentũ filios obligari nisi gra diuinaq; misericordia succurrat. Ca.xlv.

Parentũ quoq; peccata paruulos obligari: nõ solũ primorũ hoiũ: sed etiaz suoz: de qb⁹ ipi nati sunt: nõ iprobabiliter dr. Illa qp pe diuina sntia reddã peccata patrũ in filios: tenet eos vtiq; anteq; per regnãtionẽ ad testamẽtuz nouum incipiãt pertinere. Qõ testamẽtuz ppbetabat cum diceret p Ezechielẽ nõ accepturos filios peccata parẽtum suoz: nec vlterius futurã in israel parabolã illaz. Patres manducauerũt uuã acerbã: z dẽtes filiorũ obstupescũt. Ideo eiz quisq; renascit vt soluat in eo: qcqd peccati ẽ cum quo nascit. Nã pctã q̃ male agẽdo postea cõmittũtur: pñt z penitẽdo sanari sicut etiã post baptismũ fieri videmus. Ac p hõ non ob aliud ẽ istituta regeneratio: nisi quia vitiosa ẽ generatio vsq; adeo vt etiã de legitimo matrimonio ꝓcreatus dicat. In iniq̃tatibus ꝓcept⁹ sum: z i peccatis mater mea me in vtero aluit: neq; hic dixit. In iniq̃tate vel peccato: cũ z hoc recte dici posset: sed iniq̃tates z pctã dicere maluit. Qz etiã i illo vno: quod i oẽs hoies ptrãsijt: atq; tam magnũ ẽ: vt i eo mutaret z ꝟuerteret i necessitatẽ mortis humana nã: reputuntur: sicut supra disseruimus: plura peccata z alia pẽtuz: que tñ nõ ita pñt mutare natura reatu: tñ obligãt filios: nisi gratuita gratia z misericordia diuina subueniat. Nõ eẽ temere diffiniendum vtrũ pctã parentũ vsq; ad patrẽ vniuscuiusq; an i tertiã z quartã generatõz an alio aliquo mõ iputet. Ca. xlvj.

Sed ꝺ peccatis alioz parentũ: q̃ bus ab ipso adã vsq; ad patrez suũ. p generatoribus suis q̃sq; succedit: nõ i merito disceptari potest: vtrũ oiuz malis actibus z multiplicatis delictis originalib⁹ q̃ nascũtur iplicet: vt tãto peius q̃to posterius q̃que nascant: an ꝓpterea ꝺs in tertiã z quartã generatiõnẽ de pctis parẽtũ eoz posteris cõmiat: qz ira sua ad quãtũ ꝓgeneratoz suoz culpas nõ extẽdit vlterius moderatõe miseratiõis sue: Ne illi quibus regnãtiõis gra nõ ꝺferet: nimia tarcina aie i ipsa sua eterna dãnatõe ꝑmanerẽt: si cogerent ab initio generis bũani oiuz ꝑcedentũ parẽtuz suoz originaliter pctã ꝺbere: z penas ꝓ eis debitas pẽdere. An aliud aliq̃d i re tãta de scripturis scrũt diligẽtius pscrutãs atq; tractãs: valeat vel nõ valeat reperi: temere nõ audeo affirmare. Nullũ ab originali pctõ posse saluari nisi p mediatorẽ dei z hoiuz ihm xpm. ca.xlvij.

Illud tñ vnũ pertñ: qꝺ tam magnũ i loco z bitatu tãte felicitatis ꝺmissuz ẽ: vt i vno homĩe originalit: atq; vt ita dixerim: radicabilit totũ genus humanũ dãnaret: nõ solueretur ac diuit: nisi ꝓ mediatorẽ dei z hominũ xpm ihm: qui solus potuit ita nasci: vt ei op⁹ nõ eẽt renasci. Neminẽ renasci i baptismate ioãnis: qꝺ xps humilitatis cã sicut mortis dispẽsatõz suscipere voluit. Ca.xlviij

Non eiz renascebant: q̃ baptismate iohis baptizabãt: a quo et ipe baptizatus ẽ: sed quodaz ꝑcursoris illius ministerio: qui dicebat parate viã dño: huic vno i quo solo renasci poterãt parabãtur. Huius eiz baptisma est: nõ i aq̃ tñ fiẽ fuit iohis vez etiã i spũ scõ: z de illo spũ scõ regnẽtur q̃sq; i xpz credit: de quo xps generatus regeneratõe nõ eguit. Un vox illa pruz q̃ sup baptismũ facta ẽ. ego hodie gẽui

te nõ vnũ illũ tpis diẽ: quo baptizatus ẽ: sed inumerabilis eternitatis: vt illum hoĩem ad vnigeniti psonã ptinere mõstraret. Ubi eniz dies nec hesterni fine inchoatur nec initio crastini terminat: semp hodiern⁹ ẽ. In aq̃ g̃ voluit baptizari a ioãne: nõ vt ei⁹ iniq̃tas vlla diluere: sed vt magna cõmẽdaret hũilitas Ita q̃ppe nihil in eo baptism⁹ qd̃ ablueret: sicut mors nihil qd̃ puniret: inuenit vt diabolus vitate iusticie: nõ violẽtia ptãtis oppressus ⁊ victus: qm̃ ip̃m sine vllo peccati merito iniq̃ssime occidrat p ip̃m iustissime amitteret quos peccati merito detinebat: vtrũq; igit ab illo i. ⁊ baptisma ⁊ mors certe dispẽsationis cã nõ miserãda necessitate: sed miserante potius volũtate susceptuz ẽ: vt vnus pctm̃ tolleret mũdi: sicut vnus peccatũ misit in mũdũ: h̃ ẽ in vniuersum genus humanũ. ¶ Qd̃ xp̃i gratia nõ solum originale pctm̃: sz cũcta simul abstulit: q̃ addita inuenit. Cap. xlix.

men ⁊ instabas tu ĩ occultis meis dñe
seuera misericordia flagella ĩgeminãs
timoris ⁊ pudoris: ne rursus cesarẽ ⁊ ñ
abrũperet̃ id exiguũ ⁊ tenue qd̃ remã-
serat: ⁊ reualesceret iteꝝ ⁊ me robustius
alligaret. Dicebã enim apud me itus.
Ecce mõ fiat: mõ fiat. Et cũ verbo iã ibã
ĩ placitũ iã pene faciebam ⁊ nõ faciebã
nec relabebar tamen in pristina: sed de
ꝓximo stabam ⁊ respirabam. Et item
conabar ⁊ paulominus ibi eram: ⁊ pa
lominus iam iãq̃ attingebam ⁊ tene-
bam ⁊ non ibi eram nec attingebaꝫ nec
tenebã hesitãs mori morti ⁊ vite viue-
re. Plusq̃ ĩ me valebat deterius ĩolitũ
q̃ melius ĩsolitũ: punctũq̃ ip̃m tempo
ris quo aliud futurus erã q̃to ꝓpius
admouebat̃: tãto ampliorem ĩcutiebat
horrorẽ: sꝫ nõ recutiebat retro nec auer
tebat: sed suspendebat. Retinebãt nuge
nugaꝝ ⁊ vanitates vanitatũ antiq̃ ami-
ce mee: ⁊ succutiebant vestem meã car-
neam ⁊ submurmurabant. Dimittis ne
nos ⁊ a momẽto isto nõ erim⁹ tecũ vl-
tra ĩ eternũ: ⁊ a momẽto isto nõ tibi li-
cebit hoc ⁊ illud vltra ĩ eternũ? Et que
suggerebãt ĩ eo qd̃ dixi hoc ⁊ illud? que
suggerebãt d̃s meus auertat ab anima
serui tui misericordia tua: quas sordes
suggerebãt? que dedecora? Et audiebã
eas iam longe minus q̃ dimidius non
tãquam libere contradicentes eundo ĩ
obuiam: sed veluti a dorso musitantes
⁊ discedentem quasi furtim vellican-
tes vt respicerem: retardabant tamen
me recunctantem abripere atq̃ excute
re ab eis ⁊ transilire quo vocabar: cum
diceret mihi consuetudo violenta: pu-
tasne sine istis poterie? Sed iaꝫ tepidis
sime hoc dicebat. Aperiebatur eniꝫ ab
ea parte qua intenderam faciem: ⁊ quo
transire trepidabam: casta dignitas cõ-
tinentie serena ⁊ non dissolute hilaris:
honeste blandiens vt venirem neq̃ du
bitarem: ⁊ extendens ad me suscipien-
dum ⁊ amplectendum pias manus ple
nas gregibus bonorum exemplorum:
Ibi tot pueri ⁊ puelle: ibi iuuentus mul
ta ⁊ omnis etas: ⁊ graues vidue ⁊ virgi-
nes anus: ⁊ in omnibus ipsa continen-
tia nequaq̃ sterilis: sed fecunda mater
filiorum gaudiorum de marito te dñe
Et irridebat me irrisione exhortato-

ria quasi diceret. Tu nõ poteris qđ isti ⁊ iste? An vo isti ⁊ iste ĩ semetipsis possunt ac nõ ĩ dñe deo suo. Dñe deꝰ eorũ me dedit eis. Quid ĩ te stas ⁊ non stas. Proijce te ĩ eum: noli metuere: non se subtrahet vt cadas: ꝓijce te securꝰ: excipiet te ⁊ sanabit te. et erubescebã nimis qꝛ illaꝝ nugaꝝ murmur adhuc audiebã: ⁊ ꝯctabũdꝰ pẽdebã. Et rursus illa q̃i dicẽt Obsurõsce aduersus ĩmũda illa mẽbra tua sup terrã vt mortificent. Narrãt tibi delectiões sed nõ sicut lex dñi dei tui Ista ꝯtrouersia ĩ corde meo nõ nisi de meipso aduersus meipsũ. At alipiꝰ affixus lateri meo ĩusitari motus mei exitum tacitus oppiebat. Vbi vo a fundo archano alta cõsideratio cõtraxit ⁊ cõgessit totã miseriã meã in ꝯspectu cordis mei: oborta ẽ ꝓcella ingens ferẽs ingentẽ ĩbrẽ lachrymarũ. Et vt totũ effunderem, cũ vocibus suis surrexi ab alipio solitudo mihi ad negociũ flendi aptior suggerebat. Et secessi remotiꝰ q̃ vt posset mihi onerosa eẽ etiã eius pñtia. Sic tũc eram: ⁊ ille sensit. Nescio quid enĩ puto dixerã: ĩ quo apparebat sonus vocis mee iã fletu grauidus: ⁊ sic surrexerã. Mãsit g̃ ille vbi sedebamus nimie stupẽs. Ego sub quadã fici arbore strauĩ me nescio quõ: ⁊ dimisi abẽas lachrymis: ⁊ ꝓrupũt flumĩa oculoꝝ meoꝝ: acceptabile sacrificiũ tuũ. Et non q̃dẽ his vbis: sed ĩ hac snĩa multa dixi tibi. Et tu dñe vsq̃quo. Vsquequo dñe irasceris in finẽ. Ne memor fueris iniq̃tatũ nr̃arũ antiquaꝝ. Sentiebaꝫ enĩ ab eis me teneri: ⁊ iactabã voces mirabiles. Quãdiu q̃diu cras ⁊ cras. Quare nõ modo Quare nõ hac hora finis turpitudinis mee. Dicebã hec ⁊ flebã amarissima cõtritõe cordis mei. Et ecce audio vocem de vicina domo cũ cantu dicentis ⁊ crebro repetẽtis q̃si pueri an puelle nescio. Tolle lege: tolle lege. Statiq̃ mutato vltu ĩtentissimus cogitare cepi: vtꝝ naꝫ solerent pueri ĩ aliquo genere ludendi cantitare tale aliquid: nec occurrebat oĩno audiuisse me vspiam. Rep̃ssoque ĩpetu lachrymarũ surrexi nihil aliud ĩterpretãs diuinitus mihi iuberi: nisi vt aperirez codicem ⁊ legerem qđ primuꝫ capitulũ ĩuenissez. Audierã enĩ de antonio q̃ ex euãgelica lectione cui forte superuenerat admonitꝰ fuerit: tanq̃ sibi diceret qđ legebat: vade vẽde oĩa que hẽs ⁊ da paupibꝰ: ⁊ hẽbis thesaurum ĩ celis: ⁊ veni sequere me: ⁊ tali oraculo confestim ad te esse conuersum. Itaq̃ concitus redij ad eum locum vbi sedebat alipius: ibi enim posueram codicez apostoli cũ inde surrexeram. Arripui: aperi ⁊ legi in silentio capitulũ quo primum coniecti sunt oculi mei. Non in commessationibus ⁊ ebrietatibus: non in cubilibus ⁊ impudicitijs: non in cõtentione ⁊ emulatione: sed induite dominum nostrum iesum xp̃m: ⁊ carnis ꝓuidentiam ne feceritis in concupiscentijs. Nec vltra volui legere nec opꝰ erat Statim quippe cum fine huiusce sententie quasi luce securitatis ĩfusa: cordi meo omnis dubitationis tenebre diffugerunt. Tum interiecto aut digito aut nescio quo alio signo: codicem clausi: ⁊ tranquillo iam vultu ĩdicaui alipio At ille quid in se ageretur quod ego nesciebam: sic ĩdicauit. Petit videre q̃d legissem: ostẽdi: ⁊ attendit etiam vltra q̃ ego legerã ⁊ ignorabam quid sequeretur. Seq̃bat vero ĩfirmum aũt ĩ fide recipite. Qđ ille ad se rettulit: mihiq̃ aperuit. Sed tali admonitione firmatus ẽ placitoq̃ ac ꝓposito bono ⁊ cõgruentissimo suis moribus quibus a me ĩ me

lius iam oliz valde longeqz distabat: sine vlla turbulenta cōctatiōe coniūct⁹ ē. Inde ad matrem ingredimur: indicamus: gaudet: narramus: quēadmoduz gestuz fit: exultat ⁊ triūphat: ⁊ bñdicebat tibi q̄ potēs es vltra q̄z petimus aut ītelligimus facere: qꝛ tāto āplius sibi a te cōcessum de me videbat: q̄zto petere solebat miserabilibus eiulatibus flebilibusqz gemitibus. Conuertisti eniz ita me ad te: vt nec vxorē quererē: nec aliquā spē seculi h⁹: stans ī ea regula fidei in qua me añ tot ānos ei reuelaueras. Et cōuertisti luctū eius ī gaudiū multo vberius q̄z voluerat: ⁊ multo cari⁹ atqz castius q̄z de nepotibus carnis mee req̄rebat.

Explicit liber. viij.

Incipit nonus.

Domine ego ſuus tu⁹ ego seruus tuus ⁊ filius ancille tue. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis. Laudet te cor meū ⁊ lingua mea: ⁊ oīa ossa mea dicant: dñe q̄s similis tibi: dicāt ⁊ respōde mihi: ⁊ dic aīe mee: salus tua ego sum. Quis ego ⁊ qualis ego? Quid nō mali ego: aut facta mea aut si nō facta dicta mea: aut si nō dicta volūtas mea fuit? Tu aūt dñe bonus ⁊ misericors: ⁊ dextera tua respiciens ꝓfunditatē mortis mee: ⁊ a fundo cordis mei exhauriens abyssum corruptōis. Et hoc erat totum nolle qd̄ volebā: ⁊ velle qd̄ volebas. Sed vbi erat tā ānoso tp̄e ⁊ de q⁹ vno altoqz secreto euacuatū ē in momēto liberū arbitriū meū: quo subderē ceruicē leni iugo tuo: ⁊ humeros leui sarcine tue xp̄e iesu adiutor me⁹ ⁊ redemptor meus. Quā suaue mihi subito factum ē carere suauitatibus nugarū: ⁊ q̄s amittere metus fuerat: iā dimittere gaudiuz erat. Eijciebas enī eas a me vera tu ⁊ sūma suauitas: eijciebas ⁊ ītrabas ꝓ eis oī voluptate dulcior: sed nō carni ⁊ sāguini: oī luce clarior sed oī secreto interior omni honore sublimior: sed nō sublimibus ī se. Jā liber erat aīus meus a curis mordacib⁹ ambiendi ⁊ acq̄rendi ⁊ volutandi atqz scalpēdi scabiē libidinum ⁊ garriebaz tibi claritati mee ⁊ diuitijs meis ⁊ saluti mee dño deo meo. Et placuit mihi ī cōspectu tuo non tumultuose abripere: sed leniter subtrahere ministeriū lingue mee nundinis loq̄citati ne vlterius pueri meditātes nō legem tuā: nō pacez tuaz: sed īsanias mēdaces ⁊ bella forensia mercarent ex ore meo arma furori suo. Et opportune iaz paucissimi dies supererāt ad vindemiales ferias: ⁊ statui tollerare illos vt solēnit̄ abscederē: ⁊ redēptus a te iā nō redirez venalis. Cōsiliū ergo nr̄m erat coraz te: corā hoībus autem nisi nr̄is non erat. Et conuenerat īter nos ne passiz cuiq̄z effunderet: q̄z q̄z tu nobis a cōualle plorationis ascēdentibus ⁊ cantātibus cāticū graduum dederas sagittas acutas ⁊ carbones vastatores aduersus līguā subdolam velut consulendo contradicentē: ⁊ sicut cibū assolet amando consumentē. Sagittaueras tu cor nostruz charitate tua: ⁊ gestabam⁹ v̄ba tua trāssixa visceribus ⁊ exēpla seruoꝝ tuorū quos de nigris lucidos: de mortuis viuos feceras. Cōgesta in signum cogitationis nostre vrebāt: ⁊ assumebant grauez torporē: ne ī ima vergeremur: ⁊ accendebāt nos valde: vt oīs ex līgua subdola ꝯtradictiōis flatus īflāmare nos acrius posset: nō extīguere. Uerūtamē qꝛ ꝓpter nomen tuum quod sanctificasti per terras etiam laudatores vtique

haberet votum ⁊ propositum nostrum iactantie simile videbat: non opperiri tam proximum feriarū tempus: sed de professione atq; ante oculos omnium scita ante viscederē: vt cōuersa in factū meū ora cūctorū intuentium q̄ vicinū vindemialium viem preuenire voluerī multi dicerent q̄ quasi appetissem magnus videri. Et quo mihi erat istō vt putaretur ⁊ disputaretur de aīo meo: et blasphemaretur bonum nostrum. Qui etiam quod ipsa estate litterario labori nimio pulmo meus cedere ceperat: et difficulter trahere suspiria doloribusq; pectoris testari se sanciū: vocemq; clariorem productiorem nec recusare: primo perturbauerat me: q̄ magisterij illius sarcinā pene iam necessitate deponere cogebar: aut si curari ⁊ conualescere potuissem certe intermittere. Sed vbi plena voluntas vacandi ⁊ videndi: quoniam tu es dominus: oborta mihi ē atq; firmata: nosti deus meus etiam gaudere cepi: q̄ hec quoq; suberat nō mēdax excusatio que offensionem hoium temperaret: qui ppter liberos suos me libertum esse nunquā volebant. Plen⁹ igitur tali gaudio tollerabam illud intallū temporis: donec decurreret. Nescio vtrum vel viginti dies erant: sed tamen fortiter tollerabantur: q̄ recesserat cupiditas que mecum solebat ferre graue negocium ⁊ ego primēdus remāseram nisi patientia succederet. Peccasse me in hoc quisq; seruorum tuorū fratrū meorum dixerit: q̄ iam pleno corō militia tua passus me fueriz vel vna hora sedere in cathedra mendacij. At ego non contendo. Sed tu domine misericordissime nonne ⁊ hoc peccatum cuz ceteris horrendis ⁊ funereis in aqua scā ignouisti ⁊ remisisti mihi? Macerabat anxietudine verecūdus de isto nostro bono: q̄ propter vincula sua quibus teneissime tenebatur deseri se nostro cō sortio videbat nondū xp̄ianus coniuge fideli: ea ipsa tamē artiore p̄ ceteris cō pede abitinere quod aggressi eramus retardabatur. Nec christianuz esse alio modo se velle dicebat: q̄z illo quo non poterat. Benigne sane obtulit: vt q̄diu ibi essemus in re eius essemus. Retribues illi domine in resurrectione iustorum: q̄ iam ipsam sortem retribuisti ei. Quamuis enim absentibus nobis cum Rome iam essemus: corpore li egritudine conceptus ⁊ in ea christianus ⁊ fidelis factus ex hac vita migrauit. Ita misertus es non solum eius: sed etiam nostri: ne cogitantes egregiam circa nos amici humanitatem: nec eum in grege tuo numerantes: dolore intollerabili cruciaremus. Gratias tibi domine deus noster tui sumus.

Indicant hortationes ⁊ consolationes tue fidelis promissor reddes verecundo pro rure illo eius cassiaco: vbi ab estu seculi requieuimus in te: amenitatem sempiterne virentis paradisi tui quoniam dimisisti ei peccata super terram in monte incaseato: monte tuo: monte vberi. Angebatur ergo tunc ipe: nebridius autem colletabatur. Quamuis enim ⁊ ipse nondum christianus in illam foueam pernitiosissimi erroris inciderat: vt veritatis filij tui carnem phātasma crederet: tamen inde emergens sic sibi erat nondum imbutus vllis ecclesie tue sacramentis: sed inquisitor ardentissimus veritatis. Quem nō multo post conuersionem nostram ⁊ regenerationem per baptismum tuum: ip̄z etiam fidelem catholicum castitate pfecta atq; otinentia tibi seruientē: in afri

ca apud suos. Postq̃ tota domus eius per eũ xp̃iana facta eẽt: carne soluisti: ⁊ nũc ille viuit in sinu habraam quicquid illud ẽ qd̃ illo significat̃ sinu: ibi nebridius me⁹ viuit: dulcis amicus me⁹: tu⁹ aũt dñe adoptiuus ex liberto filius ibi viuit. Nam quis ali⁹ tali aĩe locus. Ibi viuit vñ me multa interrogabat homũcionẽ ĩexptũ. Jam nõ ponit aurẽ ad os meũ: sed spũale os ad fontẽ tuũ: ⁊ bibit quãtũ põt sapĩaz ꝓ auiditate sua sine fine felix. nec eũ sic arbitror ĩebriari ex ea vt obliuiscat̃ mei: cũ tu dñe: quẽ potat ille: nr̃i sis memor. Sic g̃ eramus vere cũdum cõsolantes tristẽ: salua amicitia de tali cõuersione nr̃a: exhortantes ad fidẽ gradus sui: vite. s. coniugalis: nebridiũ aũt opperiẽtes quando sequeretur quod de tam ꝓximo poterat: ⁊ erat iaz iãq̃ facturus: cum ecce euoluti sunt dies illi tandẽ q̃ iam longi ⁊ multi videbant̃ pre amore libertatis ociose ad cãtandũ de medullis oĩbus. Tibi dixi cor meũ quesiui vultũ tuum: vultũ tuũ domine req̃raz. Et venit dies ĩ quo etiã actu soluerer a ꝓfessione rhetorica: vnde iã cogitatu solutus erã: ⁊ factum est: ⁊ eruisti linguã meã vñ iam erueras cor meum: ⁊ bñdicebã tibi gaudẽs ꝓfectus in villã cũ eis oĩb⁹. Ibi quid egerim in lr̃is iam quidem seruient b⁹ tibi: sed adhuc in supbie scholã tanq̃ in pausationẽ anhelãtibus: testant̃ libri disputati: cũ presentib⁹ ⁊ cũ ipso me solo coraz te Que aũt cũ absente nebridio testantur epistole. Et quando mihi sufficiat tempus cõmemorãdi oĩa magna erga nos bñficia tua in illo tpe: p̃sertĩ ad alia maiora propãti. Reuocat enĩ me recordatio mea: ⁊ dulce mihi fit dñe cõfiteri tibi: quibus ĩternis me stimulis ꝑdomueris: ⁊ quẽadmodũ me cõplanaueris: humiliatis mõtibus ⁊ collibus cogitationũ meaꝝ: ⁊ turtuosa mea direxeris: ⁊ aspera lenieris: quoque modo ip̃m etiã alipiũ fratrẽ cordis mei subegeris nomini vnigeniti tui dñi ⁊ saluatoris nr̃i iesu xp̃i: qd̃ primo dedignabat̃ inseri litteris nr̃is. Magis enĩ eas volebat redolere gymnasyorũ cedros quas iaz cõtriuit dñs: q̃ salubres herbas ecclesiasticas aduersas serpẽtib⁹. Quas tibi d̃s meus voces dedi cũ legerem psalmos dauid: cãtica fidelia ⁊ soaos pietat̃ excludẽtes turgidũ sp̃m rudis ĩ germano amore tuo cathecuminus in villa cum cathecumino alipio feriatus: matre adherente nobis muliebri hĩtu: virili fide: anili securitate: materna charitate: xp̃iana pietate. Quas tibi voces dabam in psalmis illis: ⁊ quomodo ĩ te ĩflammabar ex eis ⁊ accẽdebar eos recitar̃ si possem toto orbe terraꝝ aduersus typuz generis humani. Et tñ toto orbe cantant̃ ⁊ nõ ẽ q̃ se abscõdat a calore tuo. Quaz vehemẽti ⁊ acri dolore ĩdignabar manicheis: ⁊ miserabar eos rursus: ꝙ illa sacr̃a: illa medicamẽta nescirẽt ⁊ insani essent aduersus antidotũ quo sani esse potuissent. Uellẽ vt alicubi iuxta essẽt tũc ig̃rante me vtrũ audirent: ⁊ me nesciente ꝙ ibi eẽnt intuerent̃ faciem meam: ⁊ audirẽt voces meas quando legi quartũ psalmum in illo tunc ocio: q̃d de me fecerit ille psalmus. Cum ĩuocarez te: exaudisti me deus iustitie mee in tribulatõe dilatasti mihi. Miserere m̃i domine: ⁊ exaudi orõnem meam. Audirent ignorãte me vtrum audirent ne me propter se illa dicere putarẽt: q̃ ĩter hec verba dixerim: quia ⁊ reuera nec ea dicerem nec sic ea dicerem si me ab eis audiri videriq̃ sentirem: nec si dicerem sic acciperent quomodo mecũ ⁊ mihi

cozã te de familiari affectu animi mei. Inhorrui timẽdo ibidẽq; iferbui sperãdo z exultãdo in tua misericordia pater: z hec omnia exibãt per oculos meos z vocẽ meã cũ cõuersus ad nos spiritus tuus bonus ait nobis. Filij hominũ quousq; graues corde: vt quid diligitis vanitatẽ z queritis mendaciũ? Di lexeram enim vanitatẽ: z quesierã mendaciũ: z tu dñe iã magnificaueras sanctũ tuũ suscitãs eũ a mortuis z collocans ad dexterã tuaz vñ mitteret ex alto pmissionẽ tuã paraclitũ spiritũ veritatis: z miserat iã eũ: sed ego nesciebam Miserat eũ: quia iã magnificatus erat resurgẽs a mortuis z ascẽdens i celum Ante aũt spiritus nõduz erat datus: qz iesus nõdũ erat clarificatus. Et clamat prophetia. Quousq; graues corde? Ut quid diligitis vanitatẽ z queritis mendaciũ? Et scitote quoniaz dñs magnificauit sãctũ suum. Clamat quousq; clamat scitote. Et ego nesciẽs tãdiu vanitatẽ dilexi z mẽdaciũ quesiui: z iõ audiui z cõtremui: quoniã talibus dicit quã lem me fuisse reminiscebar. In phanta sijs enim quas pro veritate tenueram vanitas erat z mendacium. Et insonui multa grauiter z fortiter in doloze recordationis mee que vtinã audissent q̃ adhucusq; diligunt vanitatẽ z querũt mẽdaciũ. Forte turbarent z euomuissent illud: z exaudires eos cũ clamarẽt ad te: qm̃ vera morte carnis mortuus ẽ p nobis qui te interpellat p nobis. Legebam: irascimini z nolite peccare. Et quomodo mouebar deus meus qui iã didicerã irasci mihi de preteritis: vt de cetero nõ peccarẽ? Et merito irasci: q̃a non alia natura gentis tenebrarum de me peccabat: sicut dicunt qui sibi non irascuntur z thesaurizant sibi irã in die ire z reuelationis iusti iudicij tui. Nec iã bona mea foris erãt nec oculis carneis in isto sole querebãt. Uolẽtes enim gaudere forinsecus facile euanescunt z effũdũt in ea q̃ videtur z tpalia sunt: z imagines eoz̃ famelica cogitatione lambunt. Et o si fatigentur inedia z dicant quis ostendit nobis bona. Et dicamus z audiant signatũ ẽ in nobis lux mentis vultus tui domine. Nõ enim lumẽ nos sumus quod illuminat omnẽ hominẽ sed illuminamur a te: vt qui fuimus aliqñ te nebre simus lux in te. O si viderent iternum lumẽ eternũ qõ ego quia gustauerã frẽdebã: quoniã nõ eis poterã ostẽdere si afferrent ad me coz in oculis suis foris a te: z dicẽt quis ostẽdit nobis bona. Ibi enim: ibi mihi iratus eram intus in cubili ibi cõpunctus eram ibi sacrificauerã mactãs vetustatẽ meã: z inchoata meditatione renouationis mee sperãs in te ibi mihi dulcescere ceperas z dederas letitiã in corde meo. Et exclamabam legẽs hec foris z agnoscens intus. Nec volebam multiplicari terrenis bonis deuozãs tẽpoza z deuozans tẽporalibus cum habere ẽ in eterna simplicitate aliud frumẽtum z vinum z oleum. Et clamabã in cõsequenti versu clamoze alto cordis mei. O i pace. O i id ipsũ. O quid dixit obdormiã z sõnum capiã: quoniã quis resistet nobis: cum fiet sermo qui scriptus est absorpta est mors in victoria. z tu es in idipsũ valde qui nõ mutaris z in te requiest obliuiscẽs laborum omniũ quoniaz nullus aliuſ tecũ: sed nec ad alia multa adipiscẽda que nõ sunt qõ tu: sed tu domine singulariter i spe cõstituisti me. Legebã z ardebã: nec inueniebã quid facerẽ surdis mortuis ex quibus fucrã pestis latrator amarus z

cec⁹ aduersus litteras de melle celi mel
leas ⁊ de lumīe tuo luminosas ⁊ sup̄ in
imicis scripturis scripture huius tabes
cebā quādo recordabar oīa dierū illo
rū feriatorū. Sed nec oblitus suꝫ nec fi
lebo flagelli tui asperitatē ⁊ misericor
die tue mirabilē celeritatē. Dolore den
tiū tunc excruciabas me: ⁊ cū in tantū
ingrauesceret vt nō valerē loqui: ascen
dit in cor meū admonere oēs meos qui
aderant vt deprecarēt te ꝓ me deū sa
lutis oīmode. Et scripsi hoc ī sera. ⁊ de
di eis vt legeret. Mox vt genua simpli
ci affectu fiximus: fugit dolor ille. Sed
quis dolor: aut qūo fugit? Expaui fate
or domine meus ⁊ deus me⁹: nihil eniꝫ
tale ab ineunte etate expertus fueram
Et insinuatus sunt mihi ī ꝓfundo nut⁹
tui: ⁊ gaudēs ī fide laudaui nomē tuuꝫ
Et ea fides me securū eē nō finebat de
p̄teritis peccatis meis q̄ mihi per baptis
mū tuū remissa nōdū erāt. Renūciaui
peractis vindemialibus vt scholasticis
suis mediolanenses venditorē verboꝝ
aliū ꝓuiderent: qd̄ ⁊ tibi ego seruire de
legissem: ⁊ illi ꝓfessioni pre difficultate
suspirandi ac dolore pectoris nō suffi
cerē. Et īsinuaui ꝑ litteras antistiti tuo
viro sancto ambrosio pristinos errores
meos ⁊ presens votū meū: vt moneret
quid mihi potissimū de libris tuis legē
dum eēt: quo ꝑcipiēde tante gratie pa
ratior aptiorqꝫ fierē. At ille iussit Esaiā
ꝓphetam: credo ꝙ pre ceteris euāgeli⁹
vocationisqꝫ gentiū sit ꝓnūciator apti
or. Uerūtamē ego primā huius lectōeꝫ
non intelligens: totūqꝫ talē arbitrans
distuli repetendū exercitatior in domi
nico eloquio. Inde vbi tempus aduēit
quo me nomen dare oporteret relicto
rure mediolanū remeauimus. Placuit
⁊ alipio renasci in te mecū iaꝫ īduto hu
militate sacramētis tuis cōgrua ⁊ fortis
simo domitori corpis: vsqꝫ ad italicum
solū glaciale nudo pede obterendū in
solito ausu. Adiūxmus etiā nobis pue
rū a deo datū ex me natū carnaliter de
peccato meo. Tu bene feceras eū. anno
rū erat ferme quīdecī ⁊ ingenio p̄ueni
ebat mltos graues ⁊ doctos viros. Mu
nera tua tibi confiteor domine de⁹ me
us creator omniū ⁊ multū potens re
formare nostra deformia. Nam ego ī
illo puero preter delictum nihil habe
bam. Quod eniꝫ ⁊ nutriebatur a nobis
in disciplina tua: tu inspiraueras nobis
nullus alius Munera tua tibi confite
or: Est liber noster qui inscribitur d̄ ma
gistro. Ipse ibi mecuꝫ loquitur. Tu scis
illius eē sensa omnia que inserūtur ibi
ex persona collocutoris mei. Cuꝫ esset
in annis sexdecī: multa eius alia mira
biliora expertus suꝫ. Horrori mihi erat
illud ingeniū. Et quis preter te talium
miraculorum artifex? Cito de terra ab
stulisti vitā eius ⁊ securior euꝫ recordor
non timens quicq̄ puericie nec adoles
centie nec omnino homini sociaui⁹ eū
coeuū nobis in gratia tua educāduꝫ in
displina tua ⁊ baptizati sumus: ⁊ fugit
a nobis sollicitudo vite preterite. Nec
satiabar illis diebus dulcedine mirabi
li considerare altitudinez cōsilij tui sup̄
salutē generis humani. Quantū fleui ī
himnis ⁊ canticis tuis: suaue sonantis
ecclesie tue vocib⁹ cōmotus acriter. Uo
ces ille influebant auribus meis: ⁊ eliq̄
bat veritas tua in cor meū ⁊ ex ea estu
abat. Inde affectus pietatis: ⁊ currebāt
lachrīe ⁊ bene mihi erat cū eis. Nō lō
ge ceperat mediolanensis ecclesia gen⁹
hoc cōsolationis ⁊ exhortationis cele
brare magno studio fratrū concinētiū
vocib⁹ ⁊ cordibus. nimirū annus erat
aut nō multo āplius cū iustina valenti
niani regis pueri mater hoīez tuū ābro

sui psequeret heresis sue causa q̄ fuerat seducta ab arriāis. Excubabat pia plebs in ecclasia mori parata cū ep̄o suo suo tuo. Ibi mater mea ancilla tua sollicitudinis ⁊ vigiliarū primas ptes tenens orationibus viuebat. Nos adhuc frigidi a calor spūs tui, excitabāur tñ ciuitate attonita atq; turbata: Tūc hymni ⁊ psalmi vt canerent sm̄ morē orientalium partiū. ne popul⁹ meroris tedio cōtabesceret institutū ē: ⁊ ex illo in hodiernū retentū: multis iā ac pene oībus gregibus tuis ⁊ p cetera orbis imitātib⁹ Tūc memorato antistiti tup p visuz apparuisti quo loco latēt martirū corpora ptasij ⁊ geruasij: q̄ per tot ānos icorrupta in thesauro secreti tui recōdideras: vnde oportune pmeres ad coercēdā rabiē femineā: sed regiā. Cū. n. ppalata ⁊ effossa digno cū honore trāsferētur ad ābrosianā basilicā: nō solū quos imūdi vexabāt spūs ɔfessis eisdē demonibus sanabātur: verū ēt quidā plures annos cecus ciuis ciuitatiq; notissim⁹: cū populi tumultuātis leticie causā quesisset atq; audisset exiliuit: eoq; se vt duceret suū ducē rogauit. Quo pductus ī petrauit admitti vt sudario tāgeret feretrū preciose in conspectu tuo mortis sanctoꝝ tuorū. Qd̄ vbi fecit atq; admouit oculis cōfesti apti sunt. Inde fama discurrēs: inde laudes tue feruētes lucētes: inde illius īimice aīm⁹ ⁊ si ad credēdi sanitatē nō applicatus: a psequendi tamen furore cōpressus ē. Gratias tibi deus me⁹. Uñ ⁊ quo eduxisti recordationē meā: vt hec etiā cōfiterer tibi que magna oblitus preterierā: Et tamē tūc cū ita flagraret odor vngentorū tuorū non currebam⁹ post te: ⁊ iō plus flebā inter cātica hymnoꝝ tuorū oli suspirās tibi ⁊ tandē respirās q̄tū patet aura in domo fenea. Qui hitare facis vnanimes in domo: consociasti nobis ⁊ enodiuz iuuenē ex nr̄o mūicipio. Qui cū agēs ī rebus militaret: prior nobis ad te cōuēsus ē ⁊ baptisatus: ⁊ relicta militia seculari: cōiunct⁹ in tuo simul eram⁹ simul habitabamus placito sancto. Querebamus quisnā locus nos vtilius hēret ⁊ seruiētes tibi piter remeabam⁹ in affricā. Et cū apud ostia tiberina essemus mater defuncta ē. Multa p̄tereo quia multū festino. Accipe ɔfessiones meas ⁊ gratiarū actiones de⁹ me⁹ de reb⁹ innumerabilib⁹ etiā in silētio. Sed nō p̄teribo quicquid mihi aīa pturit de illa famula tua que me pturiuit ⁊ carne vt in hanc tēporalē ⁊ corde vt in eternam lucē renascerer. nō ei⁹ sz tua dicā dona in ea. neq;. n. seip̄am fecerat aut educauerat seip̄am. Tu creasti eam: nec pater nec mr̄ sciebat q̄lis ex eis fieret. Et erudiuit eā in timore tuo virga xp̄i tui regimē vnici filij tui ī domo fideli bono mēbro ecclesie tue. Nec tātā erga suā disciplinā diligētiā mr̄is predicabat: q̄tam famule cuiusdā decrepite: q̄ pr̄em eius īfantē portauēat: sic dorso grādiusculārū puellarū puuli portari solēt. cui⁹ rei gr̄a ⁊ ppt̄ senectā ac mores optīos ī domo xp̄iana sat] a dñis honorabat. vnd̄ ēt curā dñicarū filiarū ɔmissā sibi diligēt̄ gerbat ⁊ erat ī eis coercēdis cū op⁹ eēt scā seueritate vehem̄s atq; ī docēdis sobria prudētia. nā eas p̄t̄ illas horas q̄bus ad mēsā pētū adornatissīe alebāt̄: ēt si exardescerēt siti nec aquā bibere sinebat: p̄cauēs cōsuetudinē malā ⁊ addēs verbum sanuz. Modo aquam bibitis quia in potestate vinum nō habetis. Cum autē ad maritos veneritis: facte domine apothecarum ⁊ celariorū ⁊ aqua sordebit: sz mos potādi p̄ualebit.

Hac rõne p̃cipiẽdi ⁊ auctoritate ĩpan
di frenabar auiditatẽ tenerioris etatis
⁊ ipsaꝫ puellarũ sitĩ formabat ad hone
stũ modũ: vt viã nec liberet qđ non de
ceret. Et subrepserat tñ: sicut mihi filio
famula tua narrabat: subrepserat ei vi
nolẽtia. Nã cũ de more tãq̃ puella so
bria iuberet a parẽtibus de cupa vinũ
depromere: sũmisso poculo qua desup
patet priusq̃ in lagũculã funderet me
rũ primorib⁹ labris sorbebat exiguuꝫ:
qꝛ nõ poterat amplius sensu recusante
Nõ.n. vlla temulẽta cupidĩe faciebat
hoc: sꝫ quibusdã supfluẽtibus etatis ex
cessibus: que ludicris motibus ebuliũt
⁊ in puerilibus animis maioꝝ pondere
premi solẽt. Itaqꝫ ad illđ modicũ quo
tidiana modica addẽdo: qm̃ qui modi
ca spnit paulatĩ decidit: in ea cõsuetu
dine lapsa erat: vt ꝓpe iã plenos mero
caliculos inhiãter hauriret. Ubi tunc
sagax anus ⁊ vehemẽs illa ꝓhibitio?
nunquid valebat aliquid aduersus la
tentẽ morbuꝫ nisi tua medicina dñe vi
gilaret sup nos? Absente p̃re ⁊ m̃re ⁊
nutrioribus: tu presens: qui creasti: qui
vocas: qui etiã per prepositos hoĩes bo
ni aliquid agis ad aĩarũ salutẽꝫ: quid
tunc egisti deus meus? Unde curasti?
Unde sanasti? nõne ꝓtulisti duꝝ ⁊ acu
tũ ex altera aĩa cõuictũ tanq̃ medicĩa
le ferrũ ex ocultis ꝓuisionibus tuis. ⁊
vno ictu putredinẽ illã p̃cidisti? Ancil
la enĩ cũ qua solebat accedere ad cupã
litigãs cũ dña minore vt fit: sola cũ so
la obiecit hoc crimẽ amarissima insul
tatione vocãs meri bibulã. Quo illa sti
mulo pcussa respexit feditatẽ suã: cõfe
stĩqꝫ damnauit atqꝫ exiuit: sicut amici
adulãtes puertũt: sic inimici litigantes
plerũqꝫ corrigũt. Nec tu qđ ꝑ eos agis
sed qđ ipsi voluerũt retribuis eis. Illa
eniꝫ irata exagitare appetiuit minoreꝫ
dñam non sanare. Et iõ clãculo: aut qꝛ
ita eas inuenerat locus ⁊ tempus litis:
aut ne forte ⁊ ĩpa ꝑiclitaret qđ tã sero
ꝓdidisset. At tu dñe rector celitũ ⁊ ter
renoꝝ ad vsus tuos cõtorquẽs ꝓfun
da torrẽtis fluxũ seculoꝝ ordinate tur
bulẽta etiã de alteri⁹ aĩe insania sanasti
alterã. Nec quisq̃ cũ hoc aduertit: po
tentie sue tribuat si verbo eius ali⁹ cor
rigatur quẽ vult corrigi. Educata itaqꝫ
pudice ac sobrie potiusq̃ a te subdita
parẽtibus q̃ a parẽtibus tibi vbi plẽis
annis nubilis facta ẽ: tradita viro serui
uit veluti dño: ⁊ sategit eũ lucrari tibi:
loquẽs te illi morib⁹ suis: quibus eam
pulchrã faciebas: ⁊ reuerẽter amabileꝫ
atqꝫ mirabilẽ viro. Ita aũt tollerauit
cubilis iiurias vt nullã de hac re cum
marito haberet vnq̃ simultatẽ. Expe
ctabat enĩ misericordiã tuã sup eũ vt ĩ
te credẽs castificaretur. Erat vero ille
preterea sicut beniuolẽtia precipuus:
ita ira feruidus: sꝫ nouerat hec nõ resi
stere irato viro: non tm̃ facto sed ne v̄
bo quidẽ. Iã vero refractũ ⁊ quietũ cũ
oportunũ viderat rõem facti sui redde
bat si forte ille ĩconsideratius cõmotus
fuerat. Deniqꝫ cũ matrone multe: qua
rũ viri mãsuetiores erant plagarũ vesti
gia etiã dehonestata facie gererẽt: ĩter
amica colloquia ille arguebãt marito
rũ vitã: hec earũ linguã veluti ꝑ iocum
grauiter admonẽs: ex quo illas tabulas
que matrimoniales vocant recitari au
dissent tanq̃ instrumẽta: quib⁹ ancil
le facte essent deputare debuissent: ꝓin
de memores cõditiõis supbire aduers⁹
dños nõ oportere. Cũq̃ mirarẽtur ille
sciẽtes q̃ ferocẽ cõiugẽ sustineret nun
q̃ fuisse auditũ: aut aliquo indicio cla
ruisse q̃ patricius cecideret vxorẽ: aut

q̄ a se inuicē vel vnū diē domestica li-
te dissenserint: ⁊ cām familiariter quere
rent docebat illa institutū suū qd̄ supra
memorauī. Que obseruabāt ex pte gra
tulabāt: q̄ nō obseruabāt subiecte vexa
bātur. Socrū ēt suā prio susurris mala
rū ancillarū aduersus se irritatē sic vicit
obsequijs pseuerans tollerātia ⁊ man-
suetudine: vt illa vltro filio suo medias
linguas famularū pderet quib⁹ inter se
⁊ nurū pax domestica turbabat: expe-
teretq̄ vindictā. Itaq̄ postea q̄ ille et
mr̄i obtēpans ⁊ curās familie discipli-
nā. ⁊ concordie suoꝝ cōsulēs pditas ad
pdentis arbitriū verberib⁹ coercuit: p
misit illa talia d̄ se premia sperare debe
re quecūq̄ de sua nuru sibi quo placēt
mali aliquid loqueret nulla q̄ iā audē
te memorabili inter se beniuolētie sua-
uitate vixerūt. hoc quoq̄ illi bono mā
cipio tuo in cuius vtero me creasti de⁹
meus misericordia mea mun⁹ grād̄ do
naueras q̄ inter dissidentes atq̄ discor
des quaslibet aīas vbi poterat tā se pre
bebat pacificā: vt cū ab vtraq̄ multa d̄
inuicē audiret amarissima qualia solet
eructare turgēs atq̄ indigesta discor-
dia: qñ pñti amice de absente īimica p
accida colloquia crudelitas exalat odi
orū: nihil tñ alteri de altera pderet: nisi
q̄ ad eas recōsiliādas valeret. Paruū
hoc bonū mihi videret nisi turbas inu
merabiles tristis experirer nescio q̄ hor
rida pestilētia peccatoꝝ latissime pua-
gante nō solū iratorū inimicorū iratis ī
imicis dicta pdere: sed ēt q̄ nō dicta sūt
addere: cū contra aīo humano parū eē
debeat īimicitias hoīuz nec excitare nec
augere male loquēdo: nisi eas etiā extī
guere bene loquēdo studuerit: q̄lis illa
erat docēte te magistro ītimo ī schola
pectoris. Deniq̄ etiā virū suū in extrēa
tempdrali eius lucrata ē tibi: nec in eo
iā fideli plāxit qd̄ in nondū fideli tolle
rauerat. Erat ēt serua seruorū tuorū. q̄s
quis eorū nouerat eā multuz in ea lau
dabat ⁊ honorabat: ⁊ diligebat te: quia
sentiebat presentiā tuā in corde ei⁹ san
cte cōuersationis fructib⁹ testib⁹. Fue-
rat. n. vnius viri vxor: mutuā vicē parē
tibus reddiderat: domū suā pie tracta-
uerat: in operibus bonis testimoniū hē
bat. Nutrierat filios totiēs eos pturiēs
quotiēs a te deuiare cernebat. Postre
mo nobis dñe oībus qui ex mūere tuo
sinis loqui seruis tuis qui a nō dormiti
onem eius in te iā cōsociati viuebam⁹
pcepta gr̄a baptismi tui: ita curā gessit
quasi oēs genuissz: ita seruiuit quasi ab
oībus genita fuisset. Imminēte autem
die quo ex hac vita erat exitura: quē diē
tu noueras ignorātibus nobis: pueneꝛ
rat vt credo: curāte te occultis tuis mo
dis: vt ego ⁊ ipsa soli staremus incūben
tes ad quādā fenestrā: vnde ortus ītra
domū que nos hēbat pspectabat illic
apud ostia tiberina: vbi remoti a turbis
post longi itineris laborē īstaurabam⁹
nos nauigatiōi. Colloquebamur ergo
soli valde dulciter: ⁊ preterita obliuiscē
tes: in ea que ante sunt extēti q̄rebam⁹
inter nos apud pñtē veritatez qd̄ tu es
qualis futura eēt vita eterna scōꝝ: quaz
nec oculus vidit nec auris audiuit nec ī
cor hoīs ascēdit. Sz inhiabam⁹ ore cor
dis ī supna fluēta fontis tui: fontis vite
qui ē apud te. vt inde p captu nr̄o aspsi
quoquo mō rē tātā cogitarem⁹ Cūq̄
ad eū finē sermo pducēt: vt carnaliū sē
suū delectatio q̄talibet. ī q̄talibz luce
corporea p illius vite iocūditate nō cō-
peratione: sed ne cōmemoratōe quidē
digna videret erigētes nos ardentiore
affectu in idipsuz pambulauim⁹ grada

tim cūcta corporalia ⁊ idipsum celū vñ
sol v luna ⁊ stelle lucent super terram.
Et adhuc ascēdebamus interiꝰ cogitan
do ⁊ loquēdo te ⁊ mirando opera tua
⁊ venimus in mētes nr̄as ⁊ trāscēdīus
eas vt attingeremus regionē ubertatis
indeficiētis: vbi pascis israel ineternum
veritatis pabulo: ⁊ ibi vita sapiētia ē: ꝑ
quā fiunt oīa ista ⁊ qui fuerunt ⁊ q̄ fu
tura sunt. Et ipsa nō fit: sed sic ē vt fuit
⁊ sic erit semper quin potius fuisse ⁊ fu
turū eē nō ē i ea: sed eē solū qm̄ eterna
ē. Nā fuisse ⁊ futurū eē nō ē ineternū
Et dū loquit̄ ⁊ inhiamus illi: attingīus
eā modice toto ictu cordis: ⁊ suspirauī
mus ⁊ reliquimus ibi religatas pri mi
tias spūs ⁊ remeauimꝰ ad strepitū oris
nr̄i: vbi verbū ⁊ incipit̄ ⁊ finit̄. Et quid
simile vbo tuo dño nr̄o i se ꝑmanenti si
ne vetustate atq; oīa innouāti? Diceba
mus ergo. Si cui sileat tumultꝰ carnis:
sileāt phātasie terre ⁊ aquarū ⁊ areis
sileāt ⁊ poli: ⁊ ipsa sibi aīa sil eat ⁊ tran
seat se nō se cogitā do: sileāt somnia ⁊
imaginarie reuelationes: oīs lingua et
oē signū: ⁊ quicquid transeūdo fit si cui
sileant oīno: qm̄ si quis audiat: dicunt
hec oīa nō ipsa nos fecimꝰ: sed qui fec̄
nos manet ineternū: his dictis si iā tace
ant qm̄ erexerūt aurē in eum qui fecit
ea: ⁊ loquat̄ ipse solus nō per ea: sed ꝑ
seipsum: vt audiamus verbū eius nō ꝑ
linguā carnis neq; ꝑ vocē angeli neq;
ꝑ sonitum nubis neq; ꝑ enigma simili
tudinis: sꝫ ipsuꝫ quē in his amamꝰ ipm̄
sine his audiamꝰ: sicut nūc extēdimus
nos ⁊ rapida cogitatione attīgimꝰ eter
nā sapiētiā sup oīa manētē. Si ꝯtinue
tur hoc ⁊ subtrahātur alie visiones lō
ge īparis generis: ⁊ hec vna rapiat ⁊ ab
orbeat ⁊ recōdat in īteriora gaudia spe
ctatorē suūi vt talis sit sempiterna vita
quale fuit hoc momētū intelligētie cui
suspirauimꝰ nōne hoc est. intra in gau
diū dñi tui? Et istud quādo? An cū oēs
resurgemꝰ: sed nō oēs īmutabimur. Di
cebamus talia ⁊ si nō isto mō ⁊ his ver
bis tñ dñe tu scis q; illo die cū talia loq̄
remur ⁊ mundus iste nobis inter verba
vilesceret eū oībus delectatiōibus suis
tunc ait illa. Fili quantū ad me attinet.
nulla re iam delector in hac vita. Quid
hic faciā adhuc ⁊ cur hic sim nescio iaꝫ
consumpta spe huius seculi. Unū erat
ꝓpter quod in hac vita aliquātulū im
morari cupiebā: vt te xp̄ianū catholicū
viderē priusq̄ morerer. Cumulatius h̄
mihi deus meus prestitit: vt te etiā con
tempta felicitate terrena seruū eius vi
deā. Quid hic facio? Ad hec ei quid rñ
derim non satis recolo. Cū interea vix
intra quīq; dies aut nō multo ampliꝰ
decubuit febribꝰ: ⁊ cū egrotaret quodā
die defectu anīe passa ē ⁊ paululū sub
tracta a presentibus. Nos cōcurrimus
Sꝫ cito reddita est sensui: ⁊ aspexit astā
tes me ⁊ fratrē meū: ⁊ ait nobis quasi q̄
renti similis. Ubi erā? Deīde nos ītuēs
merore attoniros: ponetis hic īquit ma
trē vestrā? Ego silebā ⁊ fletū frenabaꝫ:
fr̄ aūt meus quiddā locutus ē: q; eā nō
peregre: sed ī pr̄iam defungi felicius op
taret. Quo audito illa vultu anxio
reuerberās cum oculis q; talia saperet
atq; inde me intuēs: vide ait quid dicit
Et mox ābobus ponite inquit hoc cor
pus vbicūq;: nihil vos eius cura cōtur
bet: tantū illud vos rogo: vt ad dñi alta
re memineritis mei vbi ibi fueritis. Cun
q; hanc sniam verbis quibꝰ poterat ex
plicasset. cōticuit: ⁊ ingrauescente mor
bo exercebat̄. Ego vero cogitans dona
tua deus inuisibil̄ que īmittis in corda
fideliū tuoꝝ: ⁊ ꝓueniunt īde fruges ad
mirabiles: gaudebā ⁊ gracias agebam
tibi recolens qd̄ nouerā: quāta cura sē

per estuasset de sepulchro qd̄ sibi ꝓui-
derat ⁊ preparauerat iuxta corpus viri sui
Quia.n. valde cōcorditer vixerāt: id etiā
volebat: vt ē aīmus humanus min⁹ ca
pax diuiuorū. adiūgi ad illā felicitatem
⁊ cōmemorari ab hoībus: ꝯcessū sibi eē
post trāsmarinā peregrinationē: vt con
iuncta terra amborū cōiugū terra tege-
retur. Qñ aūt ista inanitas plenitudine
bonitatis tue ceperat ī ei⁹ corde nō esse
nesciebā ⁊ letabar admirās ꝙ sic mihi
appuisset: quāq̄ ⁊ illo sermone nr̄o ad
fenestrā cū dixit: iā q̄d hic facio? nō ap
paruit desiderare in pr̄ia mori. Audiui
ēt postea ꝙ iā cū ostijs eēmus cū q̄bus
dā amicis meis. materna fiducia collo
quebat̄ quodā die de cōtēptu vite hu-
ius ⁊ bono mortis: vbi ipse nō aderam
Illisq̄ stupētibus virtute femine quaz
tu dederas ei querētibus vtrūne formi
daret tā longe a sua ciuitate corpus re
linquere. nihil inquit longe ē deo. neq̄
timendū ē ne ille nō agnoscat in fine se
culi vnde me resuscitet. Ergo die nono
egritudinis sue. quīquagesimo ⁊ sexto
āno etatis sue. trigesimo ⁊ tertio etatis
mee: aīa illa religiosa ⁊ pia corpore so-
luta ē. Premebā oculos eius: ⁊ conflue
bat in precordia mea mestitudo ingēs:
⁊ transfluebat in lachrīas. Ibidēq̄ ocu
li mei violento animi īpio resorbebant
fontē suū vsq̄ ad siccitatē: ⁊ ī tali lucta
mīe valde male mihi erat. Tūc vero vbi
efflauit extremū spiritū: puer adeo dat⁹
exclamauit in planctū: atq̄ ab oīb⁹ no
bis coercitus tacuit. Hoc mō etiā meuz
quiddā puerile qd̄ labebat̄ in flet⁹ iuue
nili voce cordis coercebat̄ ⁊ tacebat. ne
q̄.n. decere arbitrabamur funus illud
questibus lachrīosis gemitibusq̄ cele-
brare: q̄r his plerūq̄ solet deplorari q̄-
dā miseria moriētiū aut quasi oīmoda
extinctio. At illa nec misere moriebat̄:
nec oīno moriebatur. Hoc ⁊ documēti
morū eius ⁊ fide nō ficta rōibulq̄ cer-
tis tenebam⁹. Quid erat ergo ꝙ intus
mihi grauiter dolebat nisi ex cōsuetudi
ne simul viuendi dulcissima ⁊ carissima
repēte simł dirupta: vuln⁹ recēs? gratu
labar q̄dē testīonio ei⁹ qd̄ ī ea ip̄a vltīa
egritudine obseq̄is meis īterblādiēs ap
pellabat me piū: ⁊ cōmemorabat grādi
dilectōis affectu. nūq̄ se audisse ex ore
meo iaculatū in se durū aut cōtumelio
sū sermonē. Sz tñ q̄d tale deus me⁹ qui
fecisti nos? Quid ꝯpabile hēbat honor
a me delatus illi: ⁊ seruit⁹ ab illa mihi?
Qm̄ itaq̄ deserebar tā magno eius sola
tio sauciebat̄ aīa mea: ⁊ quasi dilāiaba
tur vita q̄ vna fcā erat ex mea ⁊ illius.
Cohibitio g̊ a fletu illo puero psalteriū
aperuit enodius: ⁊ cātare cepit psalmū
cui rñdebamus oīs domus. misericor-
diā ⁊ iudicium cātabo tibi dñe. Audito
aūt quid ageret̄ cōuenerunt multi fr̄es
ac religiose femīe: ⁊ de more illi⁹ quoꝝ
officiū erat funus curātibus ego ī par-
te vbi decenter poterā cū eis qui me nō
deserendū eē censebant: qd̄ erat tēpo-
ri cōgruū disputabā eoq̄ fomento ve-
ritatis mitigabam cruciatum tibi notū
illis ignorantibus et intente audientib⁹
⁊ sine sensu doloris me esse arbitranti-
tibus. At ego in auribus tuis vbi eoruz
nullus audiebat. increpabam mollici-
em affectus mei: ⁊ constringebam flu-
xum meroris. cedebatq̄ mihi paululuz
rursusq̄ impetu suo ferebatur non vs-
que ad eruptionem lachrimarum nec
vsq̄ ad vultus mutationem: sed ego sci
ebam quid enim corde premerem. Et
quia mihi vehementer displicebat tan
tum in me posse hec humana que or-
dine debito ⁊ sorte conditionis nostre

accidere necesse est: alio dolore dolebã dolorẽ meũ: ⁊ duplici tristicia macerabar: cũ ecce corpus elatũ est. Imus ⁊ redimus sine lachrymis. Nã neq; in eis p̃cibus quas tibi fudimus: cũ offeret ꝓ ea sacrificiũ p̃cij nostri: iã iuxta seplchr̃ posito cadauere priusq̃ deponeret: sic̃ illic fieri solet: nec i eis ergo precib⁹ fleui: sed toto die grauiter ĩ occulto mest⁹ erã ⁊ mẽte turbata. Rogabã te vt poterã quo sanares dolorẽ meũ: nec faciebas: credo cõmẽdans memorie mee: vl̃ hoc vno documẽto oĩs consuetudinis vinculũ etiã aduersus mentẽ: q̃ iaz non fallaci verbo pascit̃. Uisuz etiã mihi est vt irẽ lautũ: q̃ audierã ĩde balneis nomen inditũ: qr greci balamõ dixerint: quod anxietatẽ pellat ex aĩo. Ecce ⁊ h̃ confiteor: misericordie tue pat̃ orphanorũ: quoniã laui: ⁊ talis erã qualis priusq̃ lauissez. neq; eni exudauit de corde meo meroris amaritudo. Deĩde dormiui ⁊ vigilaui: ⁊ nõ ex parua ꝑte mitigatũ inueni dolorez meũ: atq; vt erã in lecto m̃o: solus recordatus suz veridicos versus ãbrosij tui. Tu es eni deus creator oĩuz: poliq; rector: vestiens diẽ d̃coro luĩe noctẽ soporis gr̃a: artus solutos vt quies reddat laboris vsui: mentesq; fessas alleuet: luctusq; soluat anxios. Atq; inde paulatĩ reducebã in pristinũ sensuz ancillã tuã: cõuersationẽq; eius piã ĩ te: ⁊ sancte in nos blãdã atq; morigerã qua subito destitutus suz: ⁊ libuit flere in cõspectu tuo de illa ⁊ pro illa q̃d̃ me ⁊ pro me. Et dimisi lachrymas quas ɔtinebã vt efflurent quãtũ vellẽt substernẽs eas cordi meo: ⁊ requieuit ĩ eis: qm̃ ibi erãt aures tue: nõ cuiusquaz hoĩs supbe int̃pretantis ploratũ meuz. Et nũc dñe cõfiteor tibi: in lr̃is legat q̃ volet: interpretetur vt volet: ⁊ si peccatum inuenerit fleuisse me matrem exĩgua parte hore: matrem oculis meis ĩterim mortuã: q̃ me multos annos fleuerat vt oculis tuis viuerẽ: nõ irrideat: sed potius si est grandi charitate ꝓ peccatis meis fleat ipse ad te patrẽ omniuz fratrũ xp̃i tui. Ego aũt iam sanato corde ab illo vulnere ĩ quo poterat redargui carnalis affectus: fundo tibi deus noster de illa famula tua longe aliõ lachrymarũ genus: quod manat de ɔcusso spũ ɔsideratione periculoruz omnis aĩe que in adam morit̃: q̃q̃ illa in xp̃o viuificata etiam carne nõdum resoluta sic vixerit vt laudet̃ nomẽ tuum in fide morbusq; eius. Non tamẽ audeo dicere ex quo eã ꝑ baptismum regenerasti nullum verbũ exisse ab ore eius contra p̃ceptũ tuum: ⁊ dictũ ẽ a ṽitate filio tuo si q̃s dixerit fratri suo fatue: reus erit gehẽne ignis. Et ne etiã laudabili vite hominũ. Si remota misericordia discutias eam. Qr vero non exq̃ris delicta vehemẽter: fiducialiter speramus aliquem apud te locuz ĩuenire indulgẽtie. Quisq̃s aũt tibi enumerat vera merita sua? Quid tibi enumerat nisi munera tua? O si cognoscant se hoĩes: ⁊ qui gloriat̃ in dño glorietur. Ego itaq; laus mea ⁊ vita mea deus cordis mei sepositis paulisꝑ bonis eius actibus: pro quibus tibi gaudens gratias ago: nũc ꝓ peccatis matris mee deprecor te: exaudi me ꝑ medicinã vulnerꝝ nostrorꝝ que pependit ĩ ligno: ⁊ sedens ad dexteram tuam te int̃pellat ꝓ nobis. Scio misericorditer opatã: ⁊ ex corde dimisisse debita debitoribus suis: dimitte illi ⁊ tu debita sua. Si qua etiã cõtraxit ꝑ tot ãnos post aquã salutis: dimitte dñe dimitte obsecro ne intres cũ ea in iudiciũ. Superaltet misericordia iudiciuz: qm̃ eloquia tua ve-

ra sunt: ⁊ ꝓmisisti misericordiaꝫ misericordibus. Quod vt essent tu dedisti eis qui misereberis cui misertus eris: ⁊ misericordiam prestabis cui misericors fueris Et credo iā feceris qđ te rogo: sed volūtaria oris mei approba dñe. Nāq; illa īminēte die resolutionis sue: nō cogitauit suū corpus sūptuose contegi: aut cōdiri aromatibus: aut monumētum electū cōcupiuit: aut curauit sepulchꝝ patriū. Nō ista mandauit nobis: sed tātū modo memoriā sui ad altare tuum fieri desiderauit: cui nullius diei: pretermissione seruierat vñ sciret dispensari victimam scām: qua deletū ē cyrographuꝫ quod erat contrariū nobis: qua triumphatus ē hostis: cōputans delicta nr̄a ⁊ querens q̄d obijciat: ⁊ nihil inueniēs in illo in quo vincimus. Quis ei refundet īnocētem sanguinē? Quis ei restituet preciū quo nos emit: vt nos offerat ei ad cuius precij nostri sacr̄ꝫ ligauit ancilla tua aīam suā vinculo fidei. nemo a ꝓtectione tua dirūpat eam. Non se interponat nec vi nec īsidijs leo ⁊ draco. neq; enī rñdebit illa nihil se debere ne cōuincat ⁊ obtineat ab accusatore callido: sed rñdebit dimissa debita sua ab eo cui nemo reddet quod ꝑ nobis ñ debens reddidit. Sic g̃ in pace cū viro añ quē nulli ⁊ post quē nulli nupta ē: cui seruiuit fructū tibi afferens cū tollerātia vt eū quoq; lucraret tibi. Et inspira domine me⁹ deus me⁹: īspira seruis tuis fratribus meis filijs tuis: dñis meis: quib⁹ ⁊ corde ⁊ voce ⁊ lr̄is seruio: vt quotquot hec legerint meminerīt ad altare tuum monice famule tue cū patricio quōdaꝫ ei⁹ ꝯiuge: ꝑ quoꝝ carnē ītroduxisti me ī hanc vitā: quēadmodū nescio. Meminerit cū affectu pio parentū meoruꝫ in hac luce transitoria: ⁊ fratꝝ meoꝝ sub te patre in mr̄e catholica: ⁊ ciuiū meorū in eterna hierusalē: cui suspirat peregrinatio populi tui ab exitu vsq; ad reditū: vt qđ a me illa poposcit extremuꝫ vberius ei prestet in multoꝝ orōib⁹ taꝫ ꝑ ꝯfessiōes q̄ꝫ ꝑ orōnes meas.

Explicit liber nonus.

Incipit decimus.

Cognoscā te cognitor meus: cognoscam te sicut ⁊ a te cognitus sum virtus aīe mee. Intra in eā ⁊ coapta tibi vt hēas ⁊ possideas sine macula ⁊ ruga. Hec est mea spes: iō loquor: ⁊ ī ea spe gaudeo: qñ sanū gaudeo. Cetera v̄o vite h⁹ tanto minus flenda q̄ꝫto magis fletur: ⁊ tanto magis flēda q̄ꝫto minus fletur ī eis. Ecce enī veritatē dilexisti: qm̄ q̄ facit eam venit ad lucē. Volo eā facere in corde meo corā te ī cōfessione: in stilo autem meo corā multis testibus. Et tibi q̄dez dñe cuius oculis nuda ē abyssus hūane cōscīe q̄d occultū eēt etiā ī me si nollē cōfiteri tibi. Te enī mihi abscōderem non me tibi. nūc aūt ꝙ gemitus meus testis ē displicere me mihi. Tu refulges ⁊ places: ⁊ amaris ⁊ desideraris: vt erubescā de me ⁊ abijciam me atq; eligam te: ⁊ nec tibi nec mihi placeā nisi de te. Tibi ergo dñe manifestus suꝫ q̄cūq; sꝫ ⁊ quo fructu tibi confitear dixi. neq;.n. id ago v̄bis carnis ⁊ vocib⁹: sed v̄bis aīe ⁊ clamore cogitatōis: quē nouit auris tua. Cum enī malus suꝫ nihil ē aliđ cōfiteri tibi q̄ꝫ displicere mihi. Cū v̄o pius nihil ē aliud ꝯfiteri tibi q̄ꝫ hoc non tribuere mihi: qm̄ tu dñe bñdicis iustū: sꝫ prius eū iustificas īpiuꝫ. Cōfessio itaq; mea deus meus ī ꝯspectu tuo tibi tacite fit: ⁊ non tacite. Tacet eniꝫ strepitu: clamat affectu. Neq; enī dico recti ali-

quid hoībus qđ non a me tu prius au-
dieris: aut etiā tu aliquid tale audies a
me qđ non mihi tu prius dixeris. Quid
mihi g̊ ē cū hoīb⁹ vt audiāt ɔfessiones
meas: quasi ipsi sanaturi sint oēs lāgo-
res meos. Curiosuz genus ad cognoscē
dā vitā alienā: desidiosuz ad corrigēdā
suā. Quid a me querant audire q̄ sim: q̄
volūt a te audire qui sint. Et vnde sciūt
cū a meipso de meipso audiūt: an veruz
dicā: qñquidē nemo scit hominū q̄ sūt
ī hoīe: nisi spūs hoīs qui ī ipso ē. Si aūt
a te audiūt de seipsis: nō poterunt dice
re mentit̄ dñs. Quid est enī a te audire
de se nisi cognoscere se? Quis porro co
gnoscit ⁊ dicit falsuz ē: nisi ipse mentia
tur? Sed q̄ charitas oīa credit int̄ eos
vtiq̄ quos ɔnexos sibimet vnū fac̄: ego
quoq̄ dñe etiaz sic tibi cōfiteor vt audi
ant hoīes quibus demōstrare nō pos-
suz an vera ɔfitear: sz credūt mihi: quo-
rū mihi aures charitas apit. Uerūtñ tu
medice meus intime quo fructu ista fa
ciaz aliqua mihi. nam cōfessiones p̄teri
tor̄ malor̄ meor̄ que remisisti ⁊ texisti
vt beares me ī te: mutās aīam meā fide
⁊ sacramēto tuo cū legunt̄ ⁊ audiunt̄
excitant cor ne dormiat ī desp̄atiōe et
dicat: non possum: sed euigilet ī amore
misericordie tue ⁊ dulcedine gr̄e tue: q̄
potēs est oīs īfirmus q̄ sibi p̄ ipsam fit
cōscius īfirmitatis sue ⁊ delectat bonos
audire pret̄ita mala eorū qui iam carēt
eis. nec iō delectat q̄ mala sunt: sed q̄a
fuerūt ⁊ non sunt. Quo itaq̄ fructu do
mine deus meus cui quotidie confitet̄
cōscia mea: spe misericordie tue securior
q̄z īnocētia sua: quo fructu queso etiaz
hoīb⁹ corā te cōfiteor p̄ has lr̄as adhuc
q̄s ego sim: nō q̄s fuerim? nam illū fru
ctū vidi ⁊ cōmemoraui. Sed q̄s adhuc
sim ecce in ipso tp̄e ɔfessionū mearum
et multi hoc nosce cupiunt qui me no
uerunt ⁊ nō me nouerūt: q̄ ex me vl̄ de
me aliquid audierūt: sed auri eor̄ nō ē
ad cor meū: vbi ego sum quicūq̄ sum.
Uolūt ergo audire cōfitentē me quid
ipse ītus sim: qui nec oculū: nec aurem:
nec mentē p̄nt intēdere: credituri tamē
volūt: nūquid cognituri? Dicit eniz eis
charitas qua boni sunt nō mentiri me:
de me confitentē: ⁊ ipsa in eis credit mi
hi. Sed quo fructu id volūt? An ɔgra-
tulari mihi cupiūt cū audierīt q̄tuz ad
te accedā munere tuo: ⁊ orare p̄ me cū
audierīt q̄tū retarder pōdere meo. In
dicabo talibus. Nō enī paru⁹ est fruct⁹
dñe de⁹ me⁹: vt a multis tibi gratie agā
tur de nobis: ⁊ a multis rogerie p̄ no-
bis. Amet in me frat̄nus aīus qđ amā-
dū doces: ⁊ doleat in me quod dolēdū
doces. Animus ille hoc faciat frat̄nus
nō extraneus: nō filior̄ alienor̄: quorū
os locutū ē vanitatē: ⁊ dextera eor̄ dex
tera iniquitatis: sed frat̄nus ille qui cuz
approbat me gaudet de me. Cū aūt im
probat me non tristatur pro me: q̄ si-
ue approbet siue īprobet: diligit me. In
dicabo me talib⁹: respirent ī bonis me-
is: suspirent ī malis meis. Bona mea in
stituta tua sunt: ⁊ dona tua: mala mea
delicta mea sūt: ⁊ iudicia tua. Respirēt
in illis: suspirēt ī his. Et hymn⁹ ⁊ fletus
ascendant in ɔspectū tuum de frat̄nis
cordibus thuribulis tuis. Tu aūt dñe
delectatus odore sc̄i tēpli tui miserere
mei s̄m magnam misericordiā tuā p̄pter
nomē tuum: ⁊ nequaq̄z deserens cepta
tua ɔsuma īperfecta mea. Hic ē fruct⁹
cōfessionū mear̄: nō qualis fuerim: sed
qualis sim: vt hoc confitear: nō tantuz
corā te secreta exultatione cū tremore
⁊ secreto merore cū spe: sz etiā ī auribus
credentiū filior̄ hoīum: socior̄ gaudii

mei: ⁊ cõsortiũ mortalitatis mee: ciuiuz
meoꝝ ⁊ mecũ peregrinoꝝ precedentiũ
⁊ consequentiũ: ⁊ comituz vie mee. Hi
sunt serui tui frẽs mei quos filios tuos
cẽ voluisti dños meos: quibus iussisti ⁊
vt seruiã: si volo tecũ de te viuere. Et h̄
mihi v̄bũ tuum parum erat si loquẽdo
preciperet: ⁊ nisi ⁊ faciẽdo p̄iret. Et ego
id ago factis ⁊ dictis: id ago sub alis tu
is nimis cũ ingenti periculo: nisi qꝛ sub
alis tuis tibi subdita est anima mea: et
ĩsimitas mea tibi nota ẽ. Paruulus sũ
sed viuit semꝑ pater meus: ⁊ idoneus ẽ
mihi tutor meꝰ. Idem ipse est enĩ q̄ ge-
nuit me ⁊ tuetur me: ⁊ tu ipse es oĩa bo
na mea: tu oĩpotens qui mecũ es: ⁊ pri
usq̄ tecũ sim. Indicabo g̊ talibꝰ q̄libus
iubes vt seruiã: nõ q̄s fueri: sz q̄s iã sim: ⁊
q̄s adhuc sz: sz neq̄ meip̄m dijudico.
Sic itaq̄ audiar. Tu enim dñe dijudi-
cas me: qꝛ ⁊ si nemo scit hominũ q̄ sunt
hoĩs: nisi spũs hoĩs qui in ip̄o est: tamẽ
ẽ aliq̄d hoĩs qd̄ nec ipse scit spiritus ho
minis qui in ipso est. Tu autem domi-
ne scis eius omnia qui fecisti eum. Ego
vero quamuis pre tuo conspectu me d̄
spiciam ⁊ estimem me terram ⁊ cinerez
tamen aliquid de te scio quod de me
nescio. Et certe nunc videmus per spe-
culum in enigmate nondum facie ad
faciem. Et ideo quamdiu peregrinor
abs te mihi sum presentior q̄ tibi: ⁊ ta-
men te noui nullo modo posse violari.
Ego vero quibus tentationibus resiste
re valeam: quibusue non valeam ne-
scio. Et spes es: qꝛ fidelis es: qui nos nõ
finis tentari supra q̄ possumus ferre:
sed facis cum tentatione etiam prouẽ-
tum: vt possimus sustinere. Confitear
ergo quid de me sciam: confitear ⁊ q̄d
de me nesciam: quid ⁊ quod d̄ me scio
te mihi lucente scio: ⁊ qd̄ de me nescio
tamdiu nescio donec fiant tenebre mee
sicut meridies in vultu tuo: non dubia
sed certa conscientia. Domine amo te.
Percussisti cor meuz verbo tuo ⁊ ama
ui te. Sed et celum ⁊ terra ⁊ omnia q̄
in eis sunt: ecce vndiq̄ mihi dicunt: vt
te amem: hec cessant dicere omnibus vt
sint ĩexcusabiles. Altius autẽ tu misere
dispulerim: sicuti donasti me facere ds salutis mee. Attamē quando audeo dicere cū me circūquaq; quotidianā vitā nostrā taz multa hꝰ generis rer circunstrepat quando audeo dicere nulla re tali me itentū fieri ad spectandū ⁊ vana cura capiendū? Sane me iam theatra nō rapiūt: nec curo nosce trāsitus sider: nec aīa mea vnquā rñsa q̄fluit vmbraꝝ: oīa sacrilega sacramēta detestor A te dñe deus meus cui humilez famulatū ac simplicē debeo: quātis mecum suggestionū machinationibus agit inimicus vt signū aliquod petam? Sz obsecro te ꝑ regem nostrum ⁊ patriaz hierusalē simplicē castam: vt quēadmodū a me lōge ē ista cōsensio: ita sit semper longe atq; longiꝰ. Pro salute autē cuiusquam cum te rogo. Alius multum differens finis ē itentionis mee: ⁊ te facientē qd̄ vis das mihi ⁊ dabis libēter sequi. Uerūtamen inquā multis minutissimis ⁊ contemptibilibus rebus curiositas quotidie nostra temptat: ⁊ q̄ sepe labamur quis enumerat? Quotiens narrātes iania: primo quasi tolleramꝰ ne offendamus īfirmos: deīde paulatī libenter aduertimus. Sanē currentem post leporē iā non specto cū ī circo fit: at vo ī agro si casu trāseam auertit me ⁊ ab aliqua magna cogitatiōe atq; ad se cōuertit illa venatio non deuiare cogens corpore iumēti: sed cordis īclinatione: ⁊ nisi iam mihi demōstrata infirmitate mea cito amoueas: aut ex ipa visione tua per aliquā ꝯsiderationē in te assurgere: aut totū ꝯtēnere atq; trāsire vanus hebesco. Quid cū me domi sedētē stellio muscas captans: vel aranea retibus suis irruētes īplicās sepe intētuz facit. Nū qr parua sunt animalia: ideo non res eadē gerit? Pergo inde ad laudādū te creatorē mirificū atq; ordīatorem rer omniū: sed nō īde esse intētus īcipio. Aliud ē cito surgere aliud ē ñ cadere. Et talibus vita mea plena ē: ⁊ vna spes mea magna valde misicordia tua Cum enī in huiusmodi rebus cōcepta culum fit cor nostrum ⁊ portat copiose vanitatis cateruas: hinc ⁊ orōnes nostre sepe interrūpūtur atq; turbātur: ⁊ ante ꝯspectū tuū dū ad aures tuas vocē cordis itendimus: ne scio vnde irruētibus nugatorijs cogitationibus res tāta precidit. Nūquid etiā hoc īter cōtēnēda deputabimus: aut aliqd nos reducet ī spem nisi tota misericordia tua quoniā cepisti mutare nos? Et tu scis quāta ex ꝑte mutaueris: qui me primitus sanas a libidine vindicādi me: vt ꝓpitius fias etiam ceteris oībus iniq̄tatibꝰ meis: ⁊ sanes omnes lāguores meos: ⁊ redimas de corruptione vitā meam: ⁊ corones me in misatione ⁊ misericordia: ⁊ saties ī bonis desideriū meuz: qr cōpressisti a timore tuo suꝑbiā meā: ⁊ mansuefecisti iugo tuo ceruicē meaz ⁊ nūc porto illud ⁊ leue est mihi: quoniam sic ꝓmisisti ⁊ fecisti ⁊ vere sic erat ⁊ nesciebā quando id subire metuebā Sed nūquid dñe q̄ solus sine typo dominaris qr solus verꝰ dñs es qui nō habes dñm: nunq̄d hoc quoq; tertiū temptationis genꝰ cessauit a me: aut cessare in hac tota vita potest: timeri ⁊ amari velle ab hoībus nō propter aliud: sz vt inde sit gaudiū qd̄ nō est gaudium? Misera vita ē ⁊ feda iactātia. Hinc fit vel maxime non amare te nec caste timere te: ideoq; tu superbis resistis humilibus aūt das gratiam: ⁊ intonas super ambitiones seculi ⁊ contremūt fundamenta montium. Itaq; nobis quoniam propter quedam humane socie-

tatis officia necessarium est amari ⁊ timeri ab hoibus: instant aduersarius vere beatitudinis nostre vbiq; spargens in laqueis euge euge: vt dum aride colligimus incaute capiamur ⁊ a veritate tua gaudium nostrum deponamus at q; in hominum fallacia ponamus: libeatq; nos amari ⁊ timeri non propter te sed pro te: atq; isto modo sui similes factos secum habeat non ad concordiaz charitatis sed ad consortium supplicij: q; statuit sedem suam ponere in aquilonem: vt de peruersa ⁊ distorta via imitandi tenebrosi frigidiq; seruirent. Nos autem domine pusillus grex tuꝰ ecce sumus: tu nos posside. Pretende alas tuas vt fugiamus sub eas. Gloria nostra tu esto: propter te amemur ⁊ verbum tuum timeatur in nobis. Qui laudari vult ab hominibus vituperante te non defendetur ab hominibus iudicante te: nec eripietur damnante te. Quz aũt non peccator laudatur i desideriis anime sue: nec qui iniqua gerit benedicit sed laudat bomo propter aliquod bonum quod bedisti ei: at ille plus gaudz sibi laudari se q; ipsum donum habere vnde laudat: etiam iste te vituperante laudat. Et melior iam ille qui laudauit q; iste qui laudatus est. Illi enī placuit in homine donum dei: huic amplius placuit donum hominis q; dei. Tẽptamur bis temptationibus quotidie domine sine cessatõne tẽptamur. Quotidiana fornax nostra est humana lingua. Imperas nobis ⁊ in hoc genere cõtinentiam. Da quod inbes ⁊ iube qd vis Tu nosti de hac re ad te gemitum cordis mei ⁊ flumina oculorum meorum. Neq; enim facile colligo q; fiz ab ista peste mundatior: ⁊ multum timeo occulta mea que nozũt oculi tui: mei aũt nõ. Est enī qualiscũq; i aliis generibus temptationũ mihi facultas explorandi me: in q; pene nulla est. nã ⁊ a voluptatib⁹ carnis: ⁊ a curiositate supuacanea cognoscẽdi video quantũ affectu⁹ sim posse refrenare aiuz meũ cũ eis reb⁹ careo vel volũtate vel cũ absunt. Tũc enī me interrogo q; magl min⁹ veb mihi molestum sit non babere. Diuitie vo q; ob q; expetunt vt alicui istaz triũ cupiditatũ vel duab⁹ earz vel oibus seruiãt: si psentiscere nõ potest aius vtz earz hoꝝ cõtenat: possunt ⁊ dimitti vt se probet Laude vero vt careamus atq; in eo experiamur quid possum⁹ nunquid male viuendũ ē: ⁊ tam perdite atq; imaniter vt nemo nos nouerit qui non detestet: Que maior demẽtia dici aut cogitari potest: At si bone vite bonozumq; operũ comes: ⁊ solet ⁊ debz esse laudatio: tam comitatũ eius q; ipsaz bonã vitam deseri nõ oportet. nõ aũt sentio si ne quo esse aut equo animo aut egre possim nisi cum abfuerit. Quid igitur tibi in boc genere temptationis domine confiteor: Quid nisi delectari me laudibus: Sed amplius ipsa veritate q; laudibus. Nam si mibi proponatur vtrum malim furens aut in omnibus rebus errans ab omnibus hominibus laudari: an constans ⁊ in veritate certissimus ab hominibus vituperari: video quid eligam. Uerumtamen nollem vt vel augeret mibi gaudiuz cuiuslibet boni mei suffragio ozis alieni. Sz auget fateor non solum sed ⁊ vituperatio minuit. Et cum ista miseria mea perturbor. Sub intrat mibi excusatio. Que qualis sit tu scis deus. Nam me incertum facit. Quia enim nobis iperasti nõ tantũ cõtinentiam: idest a quib⁹ rebus amorẽ cohibeamus: verum etiam iust

tiam: ideſt quo eum cõferamus: nec te tã tũ voluiſti a nobis, verum etiã proxi mũ diligi: ſepe mihi video: de proiectu aut ſepe primi delectari cũ bene itelli gentis laude delecto: & rurſus ei malo cõtriſtari: cũ eũ audio vituperaſ qõ aut ignorat aut bonũ ẽ. nã & cõtriſto: aliqñ laudibus meis cũ vel ea laudãſ in me i quibus mihi ipſe diſpliceo: vel ẽt bona minora & leuia pluris extimanſ q̃z exti manda ſunt. Sed rurſus qñ ſcio. An p pterea ſic afficio: q: uolo de me ipſo a me diſſentire laudatorẽ meũ non q: illi tus vtilitate moueo: ſed q: eadez bona que mihi in me placent iocũdiora mihi ſunt & cum alteri placẽt. Quodãmodo enĩ non ego laudo: cũ de me ſnĩa mea non laudaſ. qñquidẽ aut illa laudanſ que mihi diſplicent aut illa ãplius que mihi minus placent. Ergo ne de hoc in certus ſum mei: Ecce in te veritas viõ nõ me laudibus meis ppter me ſz ppẽ primi vtilitatẽ moueri oportere. Et vtz ita ſit neſcio: minus mihi in hac re not ſum ipſe q̃z tu. Obſecro te deus meus & meipſum mihi indica: vt cõfitear oratu ris pro me fratribus meis qõ in me ſau ciũ cõperio: Iterũ diligentius interro gem. Si vtilitate primi moueo: in lau dibus meis: cur minus moueo: ſi quiſ q̃z alius inuiſte vituperetur q̃z ſi ego. Cur ea cõtumelia magis mordeo: q̃ in me q̃z que in aliũ eadẽ iniquitate corazs me iacitur: An & hoc ego neſcio. Etiã ne id reſtat vt ipſe me ſeducã & verũ non faci am corã te in corde & lingua mea. Inſa niã iſtã oñe longe fac a me: ne oleũ pec catoris mihi ſit os meũ ad ipinguãduz caput meũ. Egenus & pauz ego ſum et melior in occulto gemitu diſplicẽs mi hi & querẽs miſericordiã tuã donec refi ciatur defectus meus & pficiaſ vſq; in pacẽ quã neſciat arrogãtis oculꝰ. Imo aũt ore pcedẽs & fcã q̃ inoteſcũt hoibꝰ hũt tẽptationẽ piculoſiſſiaz ab amore laudis q̃ ad priuatã q̃ndã excellẽtia cõ trahit & emẽdicata ſuffragia tẽptat: & tẽ ptat cũ a me in me arguiſ eoipſo quo arguiſ. Et ſepe hõ de ipſo vane glorie otẽptu vnus gloriaſ: iõq; nõ iã de ipſo vane glie cõtẽptu gloriaſ. Nõ. n. eã cõ tenit cũ gloriaſ itus. ẽt intus ẽ aliud in eodẽ genere tẽptationis malũ quo in aneſcũt q̃ placẽt ſibi de ſe q̃z aliis vl placeãt vel diſpliceãt nec placere affe ctent ceteris. Sed ſibi placẽtes multuz tibi diſplicent nõ tñ de nõ bonis quaſi bonis: verũ ẽt de bonis tuis quaſi ſuis: aut ẽt ſicut de tuis ſed tãq; & meritis ſu is: aut ẽt ſicut ex tua gratia ſz nõ ſua me rita: nõ tamẽ ſocialr gaudẽtes ſed aliis inuidentes ea. In his oibus atq; huiuſ cemodi periculꝰ & laboribus vides trẽo rẽ cordis mei: & vulnera mea magl ſubi de a te ſanari q̃z mihi non infligi ſentio Ubi nõ mecũ ãbulaſti veritas docens quid caueã & quid appetã: cũ ad te re ferrẽ inferioza viſa mea q̃ potui teq; cõ ſulerẽ: Luſtraui mũdũ foriſ ſenſu quo potui: & attendi vitaz corpis mei de me ſenſuſq; ipſos meos. Inde igreſſus ſuz i receſſus memorie mee mltiplices am plitudines plenas miris modis copiaz inumerabiliũ & cõſideraui & expaui: et nihil eoz diſcerneẽ potui ſine tẽ: & nihil eorũ eẽ te inueni. nec egoipſe inuentor qui pagraui oĩa & diſtiguere & p ſuis q̃z dignitatibus extiare conatus ſuz: ex cipiens alia nũciãtibꝰ ſenſibus & iterro gans: alia mecũ cõmixta tẽtiẽs: ipſoſq; nũcios dignoſcẽs atq; inumerãſi: tãq; in memoria elatis operibꝰ alia ptractãſ alia recõdẽs alia eruẽs: nec egoipſe cũ hec agerẽ ideſt vis mea qua id agebaz:

nec ipsa eras tu qꝛ lux es tu ꝑmanens: quā de oībus ꝯsulebā an eēnt: q̄d eēnt quāti pēdenda eēnt. Et audiebaꝫ dicētē ac iubētem ⁊ sepe istud facio. Hoc me delectat ⁊ ab actionib⁹ necessitatis q̄ꝫtum relaxari possum ad istam voluptatē refugio. Neqꝫ ī ijs oīb⁹ q̄ ꝑcurro ꝯsulens te īuenio tutū locū aīe mee nisi ī te quo colligant̄ sparsa mea: nec a te quicquaꝫ recedat ex me. Et aliq̄n intromittis me in affectū multū īusitatū ītrorsus ad nescio quā dulcedinē: q̄ si ꝑficiat̄ in me nescio q̄d erit qd̄ vita ista nō erit. Sed recido ī hoc erūnosis ponderibus ⁊ resorbeor solitis ⁊ teneor: et multū fleo: sed multū teneor. Tantum cōsuetudinis sarcina digna ē. Hic esse valeo nec volo: illic volo nec valeo. miser vtrobiqꝫ. Ideoqꝫ ꝯsideraui languores peccatoꝝ meoꝝ ī cupiditate triplici ⁊ dexterā tuā īuocaui ad salutem meā Vidi enī splēdorem tuū corde saucio: ⁊ repcussus dixi. Quis illic pōt? Proiectus suꝫ a facie oculoꝝ tuoꝝ. Tu es veritas suꝑ oīa presidēs. At ego per auaritiam meā nō amittere volui. sed volui tecū possidere mendaciū: sic nemo vult ita falsuꝫ dicere vt nesciat ipse q̄d veruꝫ sit. Itaqꝫ amisi te qꝛ nō dignaris cū mēdacio possideri. Quē īuenirez qui me recōciliaret tibi? Ambiendū mihi fuit ad angelos? Qua prece? Quib⁹ sacramentis? Multi conantes ad te redire neqꝫ ꝑ seipsos valētes: sicut audio: tēptauerūt hec: ⁊ inciderūt ī desideriū curiosaꝝ visionū: ⁊ digni habiti sunt illusionib⁹. Elati enī te querebāt doctrine fastu exercentes poti⁹ q̄ꝫ tōdētes pectora: ⁊ adduxerūt sibi per similitudinē cordis sui cōspirātes ⁊ socias suꝑbie sue potestates aeris h⁹ a quib⁹ per potentias magicas deciperent̄ q̄rentes mediatorem ꝑ quē purgarent̄ ⁊ non erat. Diabolus enī erat trāssigurans se ī angelū lucis. Et mlt̄ū illexit superbā carnē quod carneo corpore ipse nō esset. Erant enī illi mortales ⁊ peccatores: tu autē dn̄e cui reconciliari suꝑbe q̄rebāt īmortalis ⁊ sine peccato. Mediator aūt īter deuꝫ ⁊ hoīes oportebat vt hēret aliq̄d simile deo aliq̄d simile hoīb⁹: ne ī vtroqꝫ hoībus similis lōge essꝫ a deo aut ī vtroqꝫ deo similis longe eēt ab hoīb⁹ atqꝫ ita mediator nō esset. Fallax itaqꝫ ille mediator quo ꝑ secreta iudicia tua suꝑbia meret̄ illudi: vnū cū hoīb⁹ hꝫ idest peccatū: aliud videri vult habere cuꝫ deo: vt qꝛ carnis mortalitate nō tegit̄ ꝑ immortali se ostentet. Sed qꝛ stipendium peccati mors est: hoc hꝫ cōe cū hoībus vnde simul dānet̄ in mortez. Uerax āt mediator: quē secreta tua misericordia demōstrasti humilibus ⁊ misisti vt eius exemplo etiā ipsaꝫ discerēt humilitatez mediator ille dei ⁊ hoīuꝫ homo xp̄s iesus īter mortales ⁊ peccatores ī mortalē iustū apparuit mortalis cū hoībus iustus cū deo: vt qm̄ stidēdiū iustitie vita ⁊ pax ē ꝑ iustitiā ꝯiūctā deo euacuarꝫ mortē iustificatorū īpiorū quā cuꝫ illis voluit habere cōmunē. Hic demonstratus ē antiquis scis vt ita ipsi ꝑ fidem future passionis ei⁹ sicuti nos ꝑ fidez preterite salui fierēt. Inquātū enī homo ī tantuꝫ mediator: inquātū aūt verbum non medius qꝛ equalis deo ⁊ de⁹ apd̄ deum ⁊ simul cum spiritu sancto vnus de⁹. Qūo nos amasti pastor bone qui filio tuo vnico non pepcisti: sed ꝑ nobis impijs tradidisti eū. Qūo nos amasti ꝑ quibus ille non rapinam arbitrat⁹ ē esse se equalē tibi. Factus est subdit⁹ vsqꝫ ad mortem mortē aūt crucis: vnus ille in mortuis liber potestatem habēs

ponendi aiam suam: & potestatē bēns
itex sumēdi eā. Pro nobis tibi victor &
victima: & iō victor qz victima: pro no-
bis tibi sacerdos & sacrificiū: & iō sacer-
dos qz sacrificiū: faciēs tibi nos de fuis
filios: de te nascēdo: nobis seruiēdo. me
rito mihi spes valida i illo est: qō sana-
bis oēs lāguores meos p eū q̄ sedet ad
dexteraz tuam & te iterpellat p nobis.
Alioquin desparē. Multi enī & magni
sunt idē languores mei: multi sūt & ma-
gni: sed āplior est medicina tua. Potui
mus putare verbū tuum remotū esse a
cōiunctōe hoīs & despare de nobis: ni-
si caro fieret & habitaret i nobis. Con-
territus peccatis meis & mole miserie
mee agitauerā i corde meditatusq; fue
rā fugaz in solitudine: sed phibuisti me
& cōfortasti me dicēs. Iō p oībus xps
mortuus ē: vt q̄ viuūt iā nō sibi viuant
sed ei q̄ pro ipsis mortuus ē Ecce dñe ia
cto in te curā meā. vt viuaz & cōsiderabo
mirabilia de lege tua. Tu scis iperitiaz
meā & infirmitatē meā: doce me & sana
me. Ille tuus vnicus i quo sunt omnes
thesi auri sapiētie & scie absconditi rede-
mit me sanguine suo: non calūnient mi-
hi superbi qm̄ cogito preciū meū: & man-
duco & bibo & erogo: & paup cupio sa-
turari ex eo iter illos qui edūt & saturā
tur: & laudabunt dominū qui requirūt
eum.

Explicit liber decimus.

Incipit vndecimus.

DUnquid dñe cum tua sit
eternitas ignoras que ti-
bi dico? Aut ad tps vides
quod fit i tpe. Cur g̃ tibi
tot rex narratōes digero
nō vtiq; vt p me noueris ea: sed affe-
ctū excito i te & eoz q̄ hec legūt vt dica
mus oēs: magnus dñs & laudabilis val
de. Iā dixi & dicam: amore amoris tui
facio istud. Nam & ozamus & tu veritas
ait: nouit pater vester quid vobis opus
sit priusq̄ petatis a deo. Affectū g̃ nr̃m
patefacimus i te cōfitendo tibi miſias
nr̃as & misericordias tuas sup nos: vt
liberes nos omnino: qm̄ cepisti: vt desi-
namus esse miseri in nobis & beatifice-
mur i te: qm̄ vocasti nos vt simus pau-
peres spū & mites & lugentes & esurien
tes ac sitientes iustitiā: & misericordes &
mundi corde & pacifici. Ecce narraui ti
bi multa que potui & que volui: qm̄ tu
prior voluisti vt confiterer tibi dño deo
meo: qm̄ bonus es quoniam i seculum
misericordia tua. Quando aut̄ sufficio
lingua calami enūciare omnia oratiō
ta tua & omnes terrores tuos & conso-
lationes & gubernationes quib⁹ me p-
duxisti predicare v̄bū tuum & sacramē
tum tuum dispensare populo tuo. Et si
sufficio hec enunciare ex ordie caro mi
hi: valent stille temporum & olim inar-
desco meditari i lege tua & in ea tibi cō-
fiteri sciam & imperitiam meam primor
dia illuminationis tue: & reliquias tene
brarum mearum quousq; deuoretur a
fortitudine infirmitas. Et nolo i aliud
defluant hore quas inuenio liberas a
necessitatibus reficiendi corporis & itē-
tionis animi & seruitutis: quaz debem⁹
hoibus & quam non debemus: & tamē
reddimus. Domine deus meus intende
oratōni mee & misericordia tua exaudiat
desiderium meum: quoniam non mihi
soli estuat: sed vsui vult esse fraterne cha
ritati: & vides in corde meo qz sic est: vt
sacrificem tibi famulatum cogitatiōis
& lingue mee: & da quod offerā tibi. In
ops enī & pauper sum: tu diues in oēs
inuocantes te qui secur⁹ curam nostri ge

ris. Circuncide ab omni temeritate: ab omnium mendacio interiora ⁊ exteriora labia mea. Sint caste delitie mee scripture tue. Nec fallar in eis nec fallā ex eis. Domine attēde ⁊ miserere dñe ōs me⁹ lux cecox ⁊ virtus ifirmox staticq; lux videntium ⁊ virt⁹ foztium: attende aiam meam ⁊ audi clamantē de pfundo. Naz nisi adsint ⁊ in pfundo aures tue quo ibimus ⁊ clamabimus? Tuus est dies ⁊ tua ē nox. Ad nutū tuum mo mēta transuolant. Largire ide spatiuz meditatōibus nostris ī abdita legi tue neq; aduersus pulsantes claudas eam. Neq; eni fruſtra scribi voluisti tot paginarum opaca secreta. Aut non bēnt ille filue ceruos suos recipiētes se in eas ⁊ resumentes ⁊ ambulātes ⁊ pascētes recūbētes ⁊ ruminantes. O dñe perfice me ⁊ reuela mihi eas. Ecce vox tua gaudiū meū: vox tua sup affluentiam voluptatum. Da quod amo. Amo eniz. Et b tu dedisti. Ne dona tua deseras: nec bidi tua spernas sitiētem. Confitear tibi q̄cq̄d inuenero in libris tuis: ⁊ audiā vocē laudis ⁊ te bibā ⁊ ꝯsiderem mirabilia ō lege tua absq; principio in quo fecisti celū ⁊ terrā vsq; ad regnū tecū p petuum scē ciuitatis tue. Dñe miserere mei ⁊ exaudi desideriū meū. Puto eniz qō nō sit de terra nō de auro ⁊ argēto ⁊ lapidibus aut decoris vestib⁹ aut honoribus ⁊ potestatib⁹ aut voluptatib⁹ carnis neq; de necessarijs corpoꝛi: ⁊ huic vite peregrīationis nostre: que omnia nobis apponuntur querentibus regnū ⁊ iustitiā tuā. Uide domine deus meus vnde sit desideriū meū. Narraue rūt mihi iniusti delectationes suas: sed nō sicut lex tua domine. Ecce vnde est desiderium meum domine. Uide pater aspice ⁊ approba: ⁊ placeat in conspectu misericoꝛdie tue inuenire me gratiam ante te: vt aperiantur pulsanti mihi interiora sermonum tuoꝛum. Obsecro per dominum nostrum iesum christum filium tuum virum dextere tue filium hominis quem cōfirmasti tibi mediatoꝛem tuum ⁊ nostrum per quem nos quesisti non querentes te: quesisti autem vt quereremus te: verbum tuum per quod fecisti omnia in quib⁹ ⁊ me: vnicum tuum per quem vocasti ī adoptionem populum credentium: in quo ⁊ me: per eum te obsecro qui sedet ad dexteram tuam ⁊ interpellat pro nobis in quo sunt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie absconditi. Ipsum quero in libris tuis. Moyses de illo scripsit. Hoc ipse ait hoc veritas ait. Audiaz ⁊ intelligam quomodo in principio fecisti celum ⁊ terram. Scripsit hoc Moyses scripsit ⁊ abiit: transiit hinc a te ad te. Neque enim nunc ante me est.

Nam si esset tenerem eum ⁊ rogarem eum: ⁊ per te obsecrarez vt mihi ista pāderet: ⁊ preberez aures coꝛpoꝛis mei sonis erumpentibus ex oze eius. Et si hebrea voce loqueret fruſtra pulsaret sensum meum: nec inde mentem meaz q̄cquam tangeret. Si autem latine scirem quid diceret. Sed vnde scirem an vez diceret? Quod si ⁊ hoc scirem: num ex ab illo scirem? Intus vtiq; mihi intus in domicilio cogitationis: nec hebrea greca: nec latina: nec barbara sine oꝛis: et lingue oꝛganis sine strepitu syllabaꝛum diceret: verum dicit: ⁊ ego statiz certus confidenter illi homini tuo dicerem: verum dicis. Cum ergo illum interrogare non possim: te qua plenus vera dixit veritas rogo te deus me⁹ rogo parce peccatis meis: ⁊ qui illo seruo tuo dedisti h̄ dicē da ⁊ mihi h̄ itelligē.

Ecce sunt celū ⁊ terra clamāt qō facta sint. Mutanť enī atq; variāť. Quicqd aūt factū nō ē: ⁊ tñ est: nō ē i eo ḋcquā qō ante nō erat qō est mutari atq; variari. Clamāt etiā qō seipsa nō fecerint Jdeo sumus: qz facta sum⁹. Nō ḡ erā/mus añq; essem⁹ vt fieri possemus a nobis. Et vox dicētiū ē ipsa euidēta. Tu ḡ dñe fecisti ea q̄ pulcher es: pulchra sūt enī: qui bon⁹ es: bona sunt enī: qui es: sunt enīz. Nec ita pulchra sunt: nec ita bona sunt: nec ita sunt: sicut tu cōditor eox. Quo cōpato nec pulchra sunt: nec bona sunt: nec sunt. Scimus hec: grās tibi. Et scia nostra scie tue cōparata ig/rantia ē. Jn pricipio fecit de⁹ celū ⁊ terrā. Quomodo enī fecisti celū ⁊ terrā: ⁊ que machina: tā grandis opatōnis tue nō enī sicut homo artifex formās corpus de corpore arbitratu aie valētis i/ponere vtrūq; spēm quā cernit i semet ipsa iterno oculo. Et vñ hoc valeret nisi qz tu fecisti eā: Et iponit spēm iaz existenti ⁊ bñti vt esset: veluti terre aut lapidi aut ligno aut auro aut id gen⁹ rex cuilibet. Et vnde ista eēnt nisi tu fecisses ea: Tu fabro corpus: tu aiuz mēbra iperitantē fecisti: tu materiam: vñ facit aliquid: tu igeniū quo artē capiat ⁊ videat int⁹ q̄d faciat foris: tu sensum corporis quo interprete traijciat ab anio ad mām id qō facit ⁊ renūciet aīo quid factū sit: vt ille int⁹ consulat presidentē sibi veritatē an bene factū sit. Te laudāt hec fabrice creatorē omniū: sed tu qūo facis ea Quomodo fecisti ds celum ⁊ terrā. nō vtiq; i celo neq; in terra fecisti celum ⁊ terrā neq; i aere aut in aquis: qñ ⁊ hec pertinēt ad celū ⁊ terrā: neq; i vniuerso mūdo fecisti vniuersum mūdū: qz non erat vbi fieret anteq; fieret vt esset: nec manu tenebas aliq̄d vñ faceres celum ⁊ terram. nā vñ hoc tibi qō tu non feceras vñ aliq̄d faceres. Quid enī ē nisi qz tu es: Ergo dixisti ⁊ facta sunt: atq; in verbo tuo fecisti ea. Sed qūo fecisti. nū quid illo mō quo facta ē vox de nube dicēs: hic ē filius me⁹ dilectus. Jlla enī vox acta atq; transacta ē cepta ⁊ finita. Sonuerūt syllabe atq; transierūt scḋa post primā: tertia post scḋam: atq; inde ex ordine donec vltima post ceteras: silētiūq; post vltimā. Unde claret atque eminet qō creature motus exprimit eā fluiens eterne voluntati tue ipse temporalis. Et hec ad tps facta verba tua nūciauit auris exterior menti prudenti: cuius auris intior posita ē ad eternū vbum tuū. At illa cōparauit hec vba tpaliter sonātia cū eterno i filētio verbo tuo ⁊ dixit. Aliud est longe aliud ē. Hec lōge ifra me sunt: nec sunt qz fugiūt ⁊ p̄tereunt: verbū aūt dñi mei supra me manet in eternū. Si ergo vbis sonātib⁹ ⁊ p̄tereuntib⁹ dixisti vt fieret celū ⁊ terra atq; ita fecisti celū ⁊ terrā: erat iam creatura corporalis ante celū ⁊ terrā: cuius motibus tpalib⁹ tpaliter vox illa p̄curreret. Nullū aūt corp⁹ ante celū ⁊ terram Aut si erat id certe sine trāsitoria voce feceras vnde transitoriā vocē faceres q̄ diceres vt fieret celum ⁊ terra. Quicqd enim illud esset vnde talis vox fieret nisi abs te factū esset vnde omnino non esset. Ut ergo fieret corpus vnde ista vba fierent: quo verbo a te dictuz ē. Vocas itaq; nos ad intelligendū verbū deum apud te deum quod sempiterne dicitur ⁊ eo sempiterne dicuntur omnia. Neq; enim finitur quod dicebatur: et dicitur aliud vt possint dici omnia: sed simul ac sempiterne omnia. Alioquin iam tempus ⁊ mutatio: ⁊ non vera eternitas nec vera immortalitas. Hoc no/

ui deus meus ⁊ gratias ago quo noui. Cōfiteor tibi dñe: mecūq; nouit ⁊ bene dicit te q̄squis īgratus nō ē certe veritati. Nouim⁹ dñe nouim⁹ qm̄ inquātum q̄cq̄d nō est qd̄ erat: ⁊ ē qd̄ nō erat: ītātū moritur: ⁊ oriť. Nō ergo q̄cquā v̄bi tui cedit atq; succedit: qm̄ vere īmortale atq; eternū ē. Et iō v̄bo tibi corterno. simul ⁊ sempiterno dicis oīa q̄ dicis: ⁊ fit quicquid dicis vt fiat. Nec aliť q̄ dicēdo facis: nec tñ ⁊ simul ⁊ sempiterna fiūt oīa que dicēdo facis. Cur queso te dñe de⁹ me⁹ vtcūq; video: sed quomodo id eloquar nescio: nisi q̄ oē qd̄ esse incipit ⁊ eē desinit tūc eē īcipit: ⁊ tūc desinit quādo debuisse īcipere vel desinere in eterna rōne cognoscit: vbi nec īcipit aliq̄d nec desinit. Ipsuz ē v̄buz tuuz qd̄ ⁊ principiū q̄ ⁊ loqtur nobis. Sic ī euāgelio p carnē ait: ⁊ hoc īsonuit foraurib⁹ hoīuz vt crederet ⁊ int⁹ quereret ⁊ inueniret ī eterna v̄itate vbi oēs discipulos bonus ⁊ solus magister docet. Ibi audio dñe vocē tuā dicētis mihi: qm̄ ille loq̄tur nobis qui docet nos. Qui aūt nō docet nos etiā si loquiť nō nobis loquiť. Quis porro nos docet nisi stabilis veritas? Q̄r ⁊ p creaturā mutabilē cū admoneť ad veritatē stabilez ducimur: vbi vere discimus cū stam⁹ ⁊ audimus eum: ⁊ gaudio gaudem⁹ propter vocem ipōsi reddētes nos vnde sumus. Et iō p̄cipiū: q̄r nisi maneret cuz erraremus nō eēt quo redirem⁹. Cum aūt redim⁹ ab errore cognoscēdo vtiq; redim⁹. Ut aūt cognoscam⁹ docet nos q̄r principiū ē ⁊ loq̄tur nobis. In hoc p̄cipio de⁹ fecisti celū ⁊ terrā ī verbo tuo in filio tuo v rtute tua: ⁊ ī sapientia tua ī veritate tua miro modo dicēs ⁊ miro mō faciens. Quis cōprehēdet? Quis enarrabit? Quid ē illud qd̄ interlucet mihi: ⁊ pcutit cor meū sine lesiōe ⁊ īhorresco ⁊ īardesco? Inhorresco inquātū dissimilis ei suz: īardesco īquātū similis ei suz. Sapiētia ipsa ē q̄ īterlucz mihi: discīdens nubilū meū qd̄ me rursus cooperit deficientē ab caligine atq; aggere penaꝝ mearū: qm̄ sic īfirmatus est ī egestate vigor me⁹: vt non sufferaz bonū meū donec tu dñe qui ꝓpitius factus es oībus iniquitatib⁹ meis etiam sanes languores meos: q̄r ⁊ redimes de corruptione vitā meā ⁊ coronabis me ī miseratōe ⁊ misicordia: ⁊ satiabis in bonis desideriū meū: qm̄ renouabiť iuuētus mea sicut aq̄le. Spe enī salui facti sumus: ⁊ ꝓmissa tua p patientiaz expectamus. Audiat te ītus sermocinātē qui pōt: ego fidenť ex oraculo tuo clamabo. Quā magnificata sunt opa tua domine: oīa ī sapiētia fecisti: ⁊ illa p̄cipiū ⁊ in eo principio fecisti celū ⁊ t̄rā Nōne ecce pleni sunt vetustatis sue q̄ nobis dicūt: quid faciebat de⁹ anteq̄ faceret celū ⁊ terrā? Si enī vacabat inquiūt ⁊ nō opabať aliquid: cur nō sic semp ⁊ deīceps quēadmodū retro sēp cessauit ab opere. Si enī vllus motus ī deo nouus extitit ⁊ volūtas noua vt cōderet creaturaz quā nūquā ante cōdiderat: quomodo iaz vera eternitas vbi oriť volūtas que nō erat. Neq; enī volūtas dei creatura ē sed añ creaturā: q̄r nō creareť aliq̄d nisi creatoris voluntas p̄cederet. Ad ipsaz g̊ dei substātiam ꝑtinet volūtas ei⁹. Qd̄ si exortū ē aliq̄d ī dei substātia qd̄ prius nō erat: non veraciter dicitur eterna illa substātia. Si aūt volūtas dei sempiterna erat vt esset creatura: cur nō sempiterna? Qui hec dicūt nondum te intelligunt: o sapientia dei lux mentium nondum intelligunt quomodo fiant que per te atq; in te fi

unt: ⁊ conantur eterna sapere. ſz adhuc
in preteritis ⁊ futuris rerū motib⁹ cor
cozum volitat ⁊ adhuc vanuz est. Quis
tenebit illud ⁊ affigit illud vt paululū
stet ⁊ paululū rapiat splēdorez semper
stantis eternitatis ⁊ comparet eū tem
poꝛib⁹ nunq̄ stantib⁹: ⁊ videat eē incō
parabilē ⁊ videat longū tempus nisi ex
multis pretereuntibus motibus qui si
mul extēdi non possūt longū non fieri
nō autē preterire quicquā in eterno ſz
totū eē presens: nullū vero tēpus totū
esse presens ⁊ videat oē preteritū pro
pelli ex futuro ⁊ omne futurū ex preter
rito consequi ⁊ ome preteritū ac futu
ruz ab eo qō semper est presens creari
⁊ excurere: Quis tenebit cor hominis
vt stet ⁊ videat quomō stans dicter fu
tura ⁊ preterita tēpoꝛa, nec futura nec
preterita eternitas: nūquid man⁹ mea
valet hoc: aut manus oꝛis mei p loque
las agit tam grandē rez: Ecce rīdeo di
centi: quid faciebat deus antequā face
ret celū ⁊ terrā: rīdeo non illud quod
quidā respondisse perhibetur iocularī
ter eludens questionis violentiā. Alta
inquit scrutātib⁹ gehēnas parabat. Ali
ud est videre aliud ridere. Nec nō respō
deo. libentius enim respōderiz nescio: qō
nescio q̄ illud vnde irridet qui alta in
terrogauit ⁊ laudatur qui falsa rīdit.
Sed dico te deus noster oīs creature
creatoꝛē: ⁊ si celi terre nomine oīs crea
tura intelligitur audacter: dico ante q̄
faceret deus celū ⁊ terrā ſi faciebat ali
quid. Si enim faciebat: quid nisi creatu
ram faciebat: Et vtinam sic sciaz quic
quid vtiliter scire cupio quēadmodum
scio q̄ nulla fiebat creatura anteqū fie
ret vlla creatura. Aut si cuiusquā vola
tilis sensus vagatur p imagines retro tē
poꝛum ⁊ te deū oīpotētē ⁊ omni creān
tem ⁊ omnia tenētē celi ⁊ terre artifice
ab opere bono tāto ātequā id faceres
per inumerabilia secula cessasse miret
emigilet atq; attēdat quia falsa miratur
nam vnde poterāt innumerabilia secu
la trāsire que ipse nō feceras cū fis oīuz
seculoꝛuz auctoꝛ ⁊ cōditoꝛ: Aut que tē
poꝛa fuissent que abs te condita nō es
sent: Aut quomodo preter ssent si nū
quā fuissent: Tū ergo scis operatoꝛ oī
um tēpoꝛū si fuit aliquod tēpus anteqū
faceres celū ⁊ terram: cur dicitur q̄ ab
opere cessabas: Idipsū q̄ tempus tu fe
ceras: nec preterire potuerūt tēpoꝛa an
teq̄ faceres tempoꝛa. Si autem ante ce
lum ⁊ terraz nullum erat cur queritur
q̄d tūc faciebat: nō enim erat tunc vbi
non tēpus nec tu tempoze tēpoꝛa pre
cedis: alioquin nō omnia tēpoꝛa prece
deres: sed precedis omnia tempoꝛa pre
terita celsitudine semper presentis eter
nitatis ⁊ superas omnia futura: quia et
illa futura sunt ⁊ cum venerint preterie
ta erunt: tu autē idem ipse es ⁊ anni tui
non deficiēt. Anni tui nec eunt nec ve
niunt: isti enim nostri ⁊ eunt ⁊ veninnt
Ut omnes veniant anni tui omnes si
mul stant: quoniam stant: nec eūtes a
venientibus excluduntur: quia nō trā
seunt. Isti autem omnes nostri eunt cū
omnes nō erunt. Anni tui dies vnus ⁊
dies tuus nō quotidie sed hodie: qz ho
diernus tuus non cedit crastino: neq;
enim succedit hesterno. Hodiernus tu
us eternitas. Ideo coeternum genuisti
cui dixisti. ego hodie genui te. Omnia
tempoꝛa tu fecisti: ⁊ ante omnia tempo
ra tu es: nec aliquo tempoze non erat
tempus. Nullo ergo tēpoze non fece
ras aliquid quia ipsum tempus tu fece
ras: nulla tempoꝛa tibi coeterna sunt:
quia tu permanes. At illa si permane-

rent non essent tempora. Quid est eniz tempus? Quis hoc facile breuiterqz explicauerit? Quis hoc ad verbuz de illo proferendū vel cogitatione comprehēderit? Quid autem familiarius ⁊ notiꝰ ī loquēdo cōmemoramus q̄z tempus Et intelligimus vtiqz cuz id loquimur intelligimus etiam cum alio loquente id audimus. Quid est ergo tempus? Si nemo ex me querat scio: si querenti explicare velim nescio. Fidenter tamen dico scire me. Quod si nihil preteriret non esset preteritum tempus: ⁊ si nihil adueniret non esset futuruz tempus: ⁊ si nihil esset nō eēt presēs tempus. Duo ergo illa tempora preteritū ⁊ futurum quomodo sūt quādo ⁊ preteritum iam nō est: ⁊ futurū nondū est? Presens āt si semper esset presens nec in preterituz transiret iam non esset tempus sz eternitas. Si ergo presens vt tempus sit ideo fit quia in preteritū transit: quomodo ⁊ hoc eē dicimus cui causa vt sit illa est qua non erit: vt scilicet nō vere dicamꝰ tempus esse nisi quia tendit non eē? Et tamē dicimus longuz tempus ⁊ breue tempus neqz hoc nisi de preterito aut futuro dicimus. Preteritū tempus lōgum verbi gratia vocamꝰ ante centum annos futurū itidē lōgū post centū annos. Breue āt preteritū sic vtputa dicimus añ decē dies: ⁊ breue futurū post decē dies. Sz quo pacto lōgū ē aut breue qd nō ē? Preteritū.n. iā nō ē ⁊ futurū nōdū ē. non itaqz dicamus lōgū est sz dicamꝰ de preterito lōgū fuit ⁊ de futuro longū erit. Dñe deꝰ meꝰ lux mea ñ ne ⁊ hic veritas tua deridebit hominez. Quod eniz longum fuit preteritū tempus cū iā eēt preteritū lōgū fuit: an cū adhuc presens eēt. Tūc eniz poterat eē lōgū qñ erat qd eēt longū. Preteritum vero iā ñ erat vñ nec lōgum eē poterat qd oīno ñ erat. Nō g̊ dicamꝰ lōgū fuit preteritū tēpꝰ. nz.n. īueniemꝰ qd fuerit lōgū qñ ex quo preteritū ē nō ē. Sz dicamꝰ lōgū fuit illud presēs tēpꝰ: qr cuz presens eēt lōgū erat. nondū.n. preterierat vt nōdū eēt: ⁊ iō erat qd lōgum esse posset. Postea vero q̄z preterit simul et longū eē destitit qd eē destitit. Uideamus g̊ o aīa hūana vtrū ⁊ presēs tēpus possit eē lōgū. Datū.n. tibi ē sentire moras atqz metiri. Quid rñdebis mihi? An centū anni presentes lōgū tepus ē. Uide priꝰ vtrū possint presētes eē cētū anni. Si.n. primus eorū annus agit̄ ipse presens ē. nonaginta vero ⁊ nouē futuri sūt: ⁊ iō nōdū sunt. Si āt secūdus annus agit̄ iā vnus ē preteritꝰ alter presēs ceteri futuri. Atqz ita si mediorū quēlibet cētēnarij huiꝰ numeri ānuz presētez posuerimꝰ: añ illuz preteriti erunt post illū futuri. Quocirca cētū āni p̄ntes eē nō poterūt. Uide saltē vtrū qui agitur vnꝰ ipse sit presēs. Et eiꝰ.n. si p̄mꝰ agitur mēsis futuri sunt ceteri. Si secūdus iaz ⁊ primꝰ preterijt ⁊ reliqui nōdū sūt. Ergo nec ānus qui agitur totꝰ ē presēs. Et si nō totꝰ ē p̄ñs nō ē annꝰ presens. Duodeciz.n. mēses ānus ē. Quoruz quilibet vnꝰ mēsis qui agitur ipse presēs ē: ceteri aut preteriti aut futuri q̄z quā nz mēsis qui agitur presens ē: sz vnꝰ dies. Si primꝰ futuris ceteris: si nouissimꝰ preteritis ceteris: si mediorum quilibet inter preteritos ⁊ futuros. Ecce presens tēpꝰ qd soluz īuenlebamꝰ lōgū appellandū vix ad vnius diei spaciū cōtractū ē. Sz discutiamꝰ etiā ipsuz: qr nec vnus dies totus est presens: nocturnis enim ⁊ diurnis horis omnibus vigintiquatuor expletur. Quarum prima ceteras futuras habet: nouissima p̄teritas aliqua ve

ro interiectarũ ante se preteritas: post se futuras. Et ipsa vna hora fugitiuis p̃ticulis agitat̃. Quicq̃d eius auolauit p̃teritũ ẽ: q̃cq̃d ei restat futurũ. Si quid intelligit̃ tp̃is qd̃ i nullas iã vel i minutissimas momẽtoꝝ partes diuidi possit id solũ ẽ p̃ns dicat̃. Qd̃ tñ ita raptim a futuro i preteritum trãsuolat: vt nulla morula extẽdat̃. Nã si extendit̃ diuiditur in p̃teritũ ⁊ futuꝝ. Presens aũt nullũ hꝫ spaciũ. Ubi est ergo temp⁹ qd̃ lõgũ dicamus. An futuꝝ. non q̃dem dicimus longũ ẽ qꝛ nondũ ẽ qd̃ lõgum sit sed dicim⁹ longũ erit Quando igit̃ erit Si enĩ ⁊ tũc cũ adhuc futurũ erit ñ erit longũ: qꝛ q̃d sit longũ nõdũ erit. Si autẽ tũc erit lõgũ cũ ex futuro: quod nondũ ẽ eẽ iaꝫ ceperit ⁊ p̃ns factum erit vt possit eẽ qd̃ lõgum sit: iam superiorib⁹ vocib⁹ clamat p̃ns tp̃s longũ se esse nõ posse. Et tñ dñe sentimus interualla tẽpoꝝ ⁊ cõparamus sibimet: ⁊ dicimus alia lõgiora ⁊ alia breuiora. Metimur etiã quãto sit breuius aut lõgius illud tp̃s q̃ꝫ illud: ⁊ respondemus dupluꝫ eẽ hoc vel triplum: illud aũt simplum: aut tantum hoc eẽ quantum illud. Sed p̃tereũtia metimur tp̃a cum sentiẽdo metimur. Preterita v̄o que iam non sunt aut futura que nondum sunt quis metiri põt nisi forte audebit q̃s dicere metiri posse qd̃ nõ est. Cũ ergo preterit tẽpus sentiri ⁊ metiri potest: cũ aũt preterierit quoniam non est nõ potest. Quero pater nõ affirmo: deus me⁹ preside mihi ⁊ rege me: quisnaꝫ ẽ qui dicat mihi non eẽ tria tẽpora: sicut pueri didicimus: puerosq̃ docuimus: preteritum presens ⁊ futurũ: sed tantũ presens q̃m illa duo non sunt. An ⁊ ipsa sunt sed ex aliquo procedit occulto cuꝫ ex futuro fit presens: ⁊ in aliquid recedit occultũ cum ex presenti fit preteritum. Nam vbi ea viderũt qui futura cecinerunt si nondum sunt. neq̃ enĩ potest videri id qd̃ nõ est: ⁊ qui narrant preterita non vtiq̃ vera narrarent si aĩo illa nõ cernerẽt. Que si nulla eẽnt cerni vtiq̃ nõ possent. Sunt ergo ⁊ futura ⁊ preterita. Sine me domine amplius querere Spes mea nõ cõturbetur intẽtio mea Si enim sunt futura ⁊ p̃terita volo scire vbi sint Quod si nonduꝫ valeo scio tñ vbicumq̃ sint non ibi ea futura esse aut preterita sed p̃sentia. Nam si et ibi futura sũt nondum ibi sunt. Si ⁊ ibi p̃terita sunt iam non ibi sunt. Ubicunq̃ ergo sunt quecũq̃ sunt non sunt nisi p̃sentia: q̃ꝫq̃ꝫ preterita cum vera narrantur ex memoria proferuntur: nõ res ip̃e que preterierũt sꝫ verba ꝯcepta ex imaginibus earum: que in animo velut vestigia per sensus pretereũdo fixerunt. Pueritia quippe mea que iam nõ est: in tempore preterito est quod iam nõ est. Imaginem vero eius cum eam recolo ⁊ narro in presenti tempore intueor: qꝛ est adhuc i memoria mea. Utruꝫ similis sit causa predicẽdorum futurorum vt rerum que nondum sunt iã existentes p̃sentantur imagines: cõfiteor deus meus nescio. Illud sane scio: non plerũq̃ premeditari futuras actiones nostras eãq̃ p̃meditationẽ esse presentem: actionem autem quam p̃meditamur nõdum esse: qꝛ futura est. Quam cum aggressi fuerimus: ⁊ quod p̃meditabamur agere ceperim⁹: tunc erit illa actio: qꝛ tũc nõ futura sed p̃ns ẽ. Quoquo mõ se ita hẽat archana p̃ntia futuroꝝ: videri nisi qd̃ ẽ nõ põt. Qd̃ aũt iã ẽ nõ futuꝝ sꝫ p̃ns ẽ. Cũ g̃ videri dicũt̃ futura. nõ ip̃a q̃ nõdũ sũt. i. q̃ futura sũt: sꝫ eoꝝ cause vel signa forsitã vidẽtur q̃ iã

sunt. Ideo non futura sed presentia sūt iaz videntib⁹: ex quibus futura predicū tur animo concepta: Que rursus cōceptiones iā sunt: ⁊ eas presentes apud se ituētur qui illa predicūt. Loquatur mihi aliquod exēplū tāta rerū numerositas. Intueor aurorā: oriturū solez pronuncio: quod intueor presens: quod pronuncio futurū. Nō sol futurus qui iaz est sed ortus eius qui nōdū est. Tamen etiā ortū ipsū nisi animo imaginatur fiert modo cū id loquor: nō eum possez predicere. Sed nec ipsa aurora quam i celo video solis ortus est: quāuis eū precedat: nec illa imaginatio i animo meo Que duo presentis cernūtur: vt futur⁹ ille ante dicatur. Futura ergo nondū sūt. Et si nōdū sunt: non sūt. Et si nō sūt videri oīno nō possūt: sz predici possūt ex presentib⁹ que iā sunt ⁊ videtur. Tu itaqz regnator creature tue quis ē modus quo doces aias ea⁹que futura sunt Docuisti. n. propbetas tuos. Quis naz ille modus ē quo doces futura cui futurū quicquā nō ē: vel poti⁹ de futuris doces pītia. Nā quod nō est nec vtiqz doceri pōt. Nimis longe ē modus iste ab acie mea. Inualuit ex me nō potero ad illū: potero autē ex te cum dederis tu dulce lumē occultorum oculorum: meorū. Quod autē nūc liquet ⁊ claret nec futura sunt nec preterita: nec proprie dicuntur Tempora sunt tria preterita presens ⁊ futurū. Sed forta ſſe proprie diceretur tēpora sunt tria. Presēs de preteritis presēs de presentibus: presens de futuris. Sunt. n. hec in aia tria quedā: ⁊ alibi ea nō video. Presens de preteritis memoria: presens de presentibus contuit⁹: presens de futuris expectatio. Si bec p̄mittimur dicere tria tēpora video fateorqz tria sunt. Dicatur etiā tēpora sunt tria preteritū presens ⁊ futurū: sicut abutitur cōsuetudo: dicat ecce nō curo nec resisto nec reprehēdo dū tñ intelligatur qō dicit neqz id qō futurz est eē iā neqz id qō preteritū est. Pauca sūt. n que ꝓprie loquimur: plura nō ꝓprie: sed agnoscit quid velim⁹ Dixi ergo pauloante qō pretereūtia tēpora metimur vt possim⁹ dicere duplū eē hoc tēporis ad illud simplū: aut tantū hoc quātū illud: si quid de partibus tēporz aliud possumus renūciare metiēdo. Quocirca vt dicebat pretereūtia metimur tēpora. Et si quis mihi dicat vnde scis: respōdeā scio: qz metimur. Nec metiri que nō sunt possum⁹: ⁊ nō sunt preterita vel futura. Presens vero tempus quomō metimur quādo nō habet spacium. Metitur ergo dū preterit. Cū autē preterierit nō metit. Quid. n. metiatur nō erit. Sed vnde ⁊ qua ⁊ quo preterit cū metitur. Sz cū ⁊ qua ⁊ quo preterit cuz metitur: Uñ nisi ex futuro: qua nisi per presēs: quo nisi in preteritū: Ex illo ergo quod nōdū ē per illud quod spacio caret in illud qō iā nō est. Quid autē metimur nisi tēpus in aliquo spacio: neqz enim dicim⁹ simpla ⁊ dupla ⁊ tripla ⁊ equalia: ⁊ si quid hoc modo in tempore dicim⁹ nisi inter spacia temporum. In quo ergo spacio metimur tempus preteriēs: Utrū in futuro vnde preterit: Sed qō nōdū ē nō metitur. An in presēti qua preterit: Sz nullū spatium nō metimur. An in preterito quo preterit: Sz qō iā nō ē nō metimur. Erarsit animus me⁹ nosse istud iplicatissimuz enigma noli claudere dñe de⁹ me⁹ bone pater: per christū obsecro noli claudere desiderio meo ista ⁊ vsitata ⁊ abdita quo min⁹ i ea penetret ⁊ dilucescāt a lucēte misericordia tua dñe. Quē pcū

etabor de his ⁊ cui fructuosi⁹ cõfitebor
impitiã meã: nisi tibi cui nõ sunt mole-
sta studia mea flãmãtia vehemẽter i scri
pturas tuas? Da qd̃ amo: amo. n. Et h̃
tu dedisti. Da pr̃ q̃ vere nosti data bo-
na dare filijs tuis. da qm̃ suscepi cogno
scere te: ⁊ labor ẽ ante me donec aꝑias
ꝑ christũ. Obsecro i noĩe ei⁹ sãcti scõrũ
nemo mihi obstrepat. Et ego credidi ꝑꝑ
qd̃ ⁊ loquor. Hec ẽ spes mea: ad hãc vi
uo vt cõtẽpler delectatiões dñi. Ecce
veteres posuisti dies meos ⁊ traseunt ⁊
quomõ nescio. Et dicim⁹ tẽpus ⁊ tẽpus
tẽpora ⁊ tẽpora: quãdiu dicit hoc ille:
quãdiu fecit h̃ ille: ⁊ quã lõgo tẽpore il
lud non vidi: ⁊ duplũ tꝑis hz hec sylla-
ba ad illam syllabã breuem. Dicimus
h̃ ⁊ audim⁹ h̃ ⁊ itelligimur ⁊ itelligim⁹
Manifestissima ⁊ vsitatissima sũt: et
eadẽ rursus nimis latẽt ⁊ noua ẽ inuẽ
tio eorũ. Audiui a quodã hoĩe docto ꝙ
solis ac lune ac siderũ motus ipsa sint
tꝑa ⁊ nõ ãni. Cur. n. nõ poti⁹ oĩuz cor-
porũ mot⁹ sint tꝑa? An v̄o si cessarẽt ce
li lumina ⁊ moueret rota figuli: non
eẽt tẽpus quo metiremur eos giros: et
diceremus aut eq̃lib⁹ morulis agi aut si
alias tardi⁹: alias veloci⁹ moueret ali-
os magis diuturnos eẽ: alios min⁹. Aut
cũ hoc dicerem⁹ vñ ⁊ nos i tẽpore loq̃
remur aut eẽnt in verbis nr̃is alie lon
ge syllabe alie breues nisi qꝛ ille lõgio-
ri tꝑe sonuissẽt iste breuiore? De⁹ da ho
minib⁹ videre i paruo cões notitias re
rũ paruarũ atq̃ magnarũ. Sũt ⁊ syde-
ra ⁊ luminaria celi i signis ⁊ i tꝑib⁹ ⁊ i
ãnis ⁊ in dieb⁹. Sunt vere. sed nec ego
dixeri circuitũ illi⁹ lineole rote diez esse
nec tñ iõ tẽpus ñ eẽ ille dixerit. Ego sci
re cupio viz naturãq̃ tẽporũ quo meti
mur corporũ mot⁹ ⁊ dicim⁹ illũ motuz
verbi gratia tꝑe duplo eẽ diuturniorez
q̃ istũ. nã q̃ro qm̃ dies dr̃ nõ tm̃ moru
la solis sup terrã secũdũ ꝙ aliud ẽ dies
aliud nox: sz ẽt tot⁹ ei⁹ circuit⁹ ab orien
te vsq̃ ad oriẽtẽ secũdũ ꝙ dicim⁹ tot di
es trãsierũt. Cũ suis. n. noctib⁹ dicũtur
tot dies nec extra reputãtur spacia no-
ctiũ. Qm̃ g̃ dies explet motu solis atq̃
circuitu ab oriente vsq̃ ad orientẽ: q̃ro
vtꝝ mot⁹ ipse sit dies an mora ipsa q̃ta
ꝑagit an vtrũq̃. Si. n. ꝑmũ: dies et die
es ergo eẽt ẽt si tãto spacio tꝑis sol cur
sũ illũ ꝑegissz quãtũ ẽ hore vni⁹. Si se-
cũdũ. g̃ nõ eẽt dies si ab ortu sol vsq̃ i
ortũ alterũ tã breuis mora eẽt q̃ ẽ hore
vnius. Sz vicies quaterq̃ circuiret sol
vt expleret diẽ. Si vtrũq̃: nec ille appel
laret dies: si hore spacio sol totũ suũ gi
rũ circuiret: nec ille si sole cessante tãtũ
tẽporis preteriret quãto ꝑagere sol to-
tũ ãbitũ de mane ad mane assolet: non
itaq̃ nũc querã q̃d sit illud qd̃ vocat
dies: sed q̃d sit tẽp⁹ quo metiẽtes solis
circuitũ dicerem⁹ eũ dimidio spacio tẽ
poris ꝑactũ min⁹ q̃ solet: si tãto spacio
tẽporis ꝑact⁹ eẽt quãto peragunt ho
re duodeciz. Et vtrũq̃ tẽpus cõparan
tes dicerem⁹ illud simplũ h̃ duplũ: ẽt si
aliqñ illo simplo aliquando isto duplo
sol ab oriente vsq̃ i oriẽtẽ circuiret. Ne
mo g̃ mihi dicat celestiũ corporũ mot⁹
eẽ tẽpora: qꝛ ⁊ cuiusdã voto cũ sol ste-
tisset vt victor iosue preliuz ꝑageret sol
stabat sed tẽpus ibat. Per suuz quippe
spaciũ tẽporis qd̃ ei sufficeret illa pu-
gna gesta atq̃ finita ẽ. Uideo igit tẽp⁹
quãdã eẽ distẽsionẽ. Sz video an vidẽ
mihi videor? Tu demõstrabis lux veri
tas. Iubes vt approbẽ si q̃s dicat tem
pus eẽ motũ corporis. Nõ iubes. Naz
corpus nullũ moueri nisi i tꝑe audio.
Tu dicis. Ipsũ ãt corporis motũ tẽpus
eẽ nõ audio. Nõ tu dicis. Cũ. n. mouet

corpus tẽpore metior quãdiu moueat ex quo moueri icipit donec desinat. Et si nõ vidi ex quo cepit ⁊ perseuerat moueri vt nõ videã cũ desinit. nõ valeo metiri nisi forte ex quo videre incipio donec desinã. Quod si diu video tãtũmõ lõgũ tẽp⁹ eẽ renũcio: ñ ãt q̃tum sit qr ⁊ q̃tũ cũ dicim⁹ collatione dicim⁹: velut tñ h̃ q̃tũ illud: aut duplũ h̃ ad illud: et si q̃d aliud isto mõ. Si ãt notare potuerim⁹ locorũ spacia vñ ⁊ quo veniat corpus qd̃ mouet: vel partes ei⁹ si tanq̃ in torno mouet possum⁹ dicere q̃tũ sit tẽporis ex quo ab illo loco vsq̃ ad illũ locũ mot⁹ corporis vel partis ei⁹ effectus ẽ. Cũ itaq̃ aliud sit mot⁹ corporis: aliud quo metimur: q̃diu sit q̃s nõ sentiat q̃d horũ poti⁹ tẽp⁹ dicẽdũ sit? Naz ⁊ si varie corpus aliqñ mouet aliqñ stat: nõ solũ motũ ei⁹ sed ẽi statum tpe metimur ⁊ dicim⁹ tãtũ stetit quãtũ motuz ẽ aut duplo aut triplo stetit ad id quod motũ ẽ: ⁊ si q̃d aliud ñra dimensio siue comprehenderit siue existimauerit vt dici solet plus min⁹. Nõ ẽ g̃ tẽp⁹ corporis mot⁹: ⁊ cõfiteor tibi dñe ignorar̃ me adhuc q̃d sit tẽp⁹ ⁊ rursus ꝯfiteor tibi dñe scire me in tpe ista dicere: ⁊ diu me iã loqui d̃ tpe. atq̃ idipsũ diu nõ eẽ nisi morã tpis. Quomõ igit̃ h̃ scio quãdo q̃d sit tẽpus nescio? An forte nescio quẽadmodũ dicaz qd̃ scio? Hei mihi q̃ nescio saltẽ q̃d nesciã. Ecce de⁹ me⁹ corãte qr nõ metior sicut loqu or ita est cor meũ. Tu illuminabis lucernã meã dñe deus me⁹ illumina tenebras meas. Nõne tibi cõfitet̃ aĩa mea cõfessione veridica metiri me tẽpora. Itane de⁹ me⁹ metior ⁊ quid metiar nescio? Metior motũ corpis ĩ tpe: itẽ ipsũ tẽp⁹ nõ metior? An vero corporis motũ metirer q̃diu situã: ⁊ qdiu hincilluc ꝑueniat nisi tẽpus ĩ quo mouet̃ metirer. Ispũ ergo tẽpus vñ metior? An tpe breuior metimur lõgi⁹: sicut spacio cubiti spaciũ trãstri? Sic. n. videmur spacio breuis syllabe metiri spaciũ lõge syllabe atq̃ id duplũ dicere. Ita metimur spacia carinuz spacijs versuum: ⁊ spacia versuũ spacijs pedũ ⁊ spacia pedũ spacijs syllabaruz: ⁊ spacia longaꝝ spacijs breuiũ nõ ĩ paginis. Nã eo mõ loca metimur ñ tpa. Sz cũ voces pronũciãdo trãseũt ⁊ dicim⁹ longũ carmẽ ẽ. nã tot versib⁹ cõtexuntur lõgi v̄sus: nã tot pedib⁹ cõstãt lõgi pedes: nã tot syllabis tedũtur lõge syllabe: nã dupla ẽ ad breuẽ: sz neq̃ ita cõprehẽdit̃ certa mẽsura tpis: qñquidem fieri põt vt ãpliori spacio tpis ꝑsonet v̄sus breuior si producti⁹ ꝓnũciet̃ q̃ longior si correpti⁹: ita carmẽ ita pes ita syllaba. Inde mihi visũ ẽ nihil eẽ aliud tẽpus q̃ distẽsionẽ: sz cui⁹ rei nescio: ⁊ mirũ si nõ ipsius animi. Quid eniz metior obsecro d̃s me⁹ ⁊ dico. aut ĩdefinite lõgi⁹ ẽ h̃ tẽp⁹ q̃ illud: aut ẽt definite duplũ ẽ h̃ ad illud. Tẽp⁹ metior: scio. Sed nõ metior futuꝝ: qr nõdũ ẽ. Sz nõ metior p̃sẽs: qr nullo spacio tẽdit̃. Nõ metior p̃teritũ: qr iã nõ ẽ. Quid g̃ metior? An pretereũtia tpa ñ p̃terita. Sic. n. dixerã. Insiste aĩe me⁹ ⁊ attẽde te fortit̃. De⁹ adiutor nr̃ ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos. Attẽde vbi albescit veritas. Ecce puta vox corporis ĩcipit sonare ⁊ sonat ⁊ adhuc sonat: ⁊ ecce desinit sonare: iã q̃ silẽtiũ ẽ: ⁊ vox illa p̃terita ẽ. ⁊ nõ ẽ iã vox. Futura erat ãteq̃ sonarz: ⁊ nõ poterat metiri: qr nõdũ erat: ⁊ nũc nõ põt qr iã nõ ẽ. Tũc ergo poterat cum sonabat: qr tũc erat q̃ metiri possz. Sz ⁊ tũc nõ stabat. ibat enim ⁊ preteribat. An iõ magis poterat. Preteriens enim tendebatur in aliquod spacium tẽporis quo

metiri posset: qñ pñs nullum hz spatiū Si g̃ tunc poterat: ecce puta altera cepit sonare: & adhuc sonat cōtinuato te/nore sine vlla distinctiōe. Metiamur eā dū sonat. Cū eni sonare cessauerit: iam preterita erit: & nō erit que possit metiri. Metiamur plane & dicamus quanta sit. Sed adhuc sonat: nec metiri potest nisi ab initio sui quo sonare cepit vsq; ad finē quo desiuit. Ipsuz quippe inter uallū metimur ab aliquo initio vsque ad aliquē finē. Quapropter vox q̃ non dū finita ē metiri nō pōt vt dicat q̃z lōga vel breuis sit: nec dici aut eqlis alicui aut aliq̃ simpla vl̃ dupla l̃ q̃d aliud. Cū aūt finita fuerit iaz nō erit. Quo pacto igit̃ metiri poterit? Et metimur tñ tpa nec ea q̃ nōdū sūt: nec ea q̃ iā nō sūt: nec ea q̃ nulla mora extēdunt: nec ea q̃ēmi/nos nō habēt. Nec futura ergo nec preterita nec presentia: nec pretereuntia tē pora metimur: & metimur tamē tempo ra. De⁹ creator omniū: versus iste octo syllabarū breuiū⁹ & longis alternat syl/labis. Quatuor itaq; breues pma tertia q̃nta septima simple sunt ad quattuor longas secūdā quartā sextam octauā. De singule ad illas singulas duplū ha bent tēporis: pnūcio & renuncio: & ita ē quātū sentit̃ sensu manifesto quātuz sensus manifest⁹ ē. Breui syllaba lōgā metior: eāq; sentio habere bis tñ. Sed cū altera post alterā sonat: si prior bre/uis: lōga posterior quomō tenebo bre uē: & quomō eā lōgā metiēs applica/bo: vt inueniā q̃ bis tñ habeat: q̃ quidē lōga sonare non incipit nisi breuis sonare destiterit? Ipsā quoq; lōgaz nō pñtē metior: qñ nisi finitā non metior. Eius aūt finitio preteritio ē. Quid g̃ ē q̃ metior? Vbi ē quā metior breuis? Vbi ē lōga quā metior? Ambe sonuerunt auolauerūt preterierunt iā nō sunt: et ego metior. Fidēterq; rñdeo qñ exerci tato sēsu fidit̃ illā simplā cē illā duplā in spacio. s. tēporis. neq; hoc possuz nisi q; preterierūt. Et finite sunt. Nō ergo ipsas q̃ iā nō sunt sz aliquid ī memoria mea metior: qō infixū manet ī te anima mea. Tēpora metior. Noli mihi obstre pere qō ē: noli tibi obstrepe turbis affe ctionū tuaz. In te inquā tēpora metior affectionē quā res pretereūtes in te fa/ciunt: & cū ille preterierit manet. Ipsaz metior presentē: nō eas q̃ preterierūt vt fi eret. Ipsā metior cū tēpora metior. Er/go aut ipsa sūt tēpora aut nō tpa metior quid cū metimur silēria: & dicim⁹ illud silētiū tñ tenuisse tpis q̃tum illa vox te nuit? nōne cogitatione tēdim⁹ ad mē/surā vocis quasi sonaret vt aliq̃d de in teruallis silentior ī spacio tpis renūcia re possim⁹. nā & voce atq; ore cessante pagimus cogitādo carmina & versus & quēq; sermonē motionūq; dimēsiōes q̃slibet & de spacijs tēpor q̃tū illud ad illud sit renūciam⁹ nō aliter ac si ea so/nādo dicerem⁹. Si voluerit aliq̃d edere lōgiusculā vocē: & cōstituerit premedi/tādo q̃z lōgam futura fit: egit vtiq; iste spacio tpis in silentio: memoriaq; com mēdās cepit edere illā vocē q̃ sonat: do nec ad ppositum terminū pducat. Im mo sonuit & sonabit. nā q̃ eius iā pa/ratū ē vtiq; sonuit: q̃ āt restat sonabit Atq; ita pagit̃: dū pīs itērō futur ī pre teritū trahit diminutiōe futuri crescen te preterito: donec cōsumatione futuri fit totū preteritum. Sz quō minuit̃ aut ōsumit̃ futur quod nōdū ē? Aut quō crescit preteritū q̃ iā nō ē nisi q; ī eo q̃ illud agit tria sūt: nā & expectat & atte dit & meminit: vt id q̃ expectat p id q̃ attēdit trāseat ī id q̃ meminerit. Quis

